An. et vol. XXXXIV 4 Augusti 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Conto corrente con la Posta

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Epistula Apostolica, p. 505 – Constitutiones Apostolicae, p. 512 – Litterae Apostolicae, p. 518 – Epistula, p. 527 – Allocutiones, p. 531.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: I. Instructio «de arte sacra», p. 548. II. Monitum, p. 552 – *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 547 – *S. C. de Propaganda Fide*: Instructio, p. 549.

Acta Officiorum: *Pont. Commissio ad redigendum codicem iuris canonici orientalis*: Responsum, p. 552.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC · LII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 1000 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 5
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 80 — extra Italiam, Lib. 190 vel $ 0,30

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXIV, n. 10 - 4 Augusti 1952)

ACTA PII PP. XII

EPISTULA APOSTOLICA

PAG.

I. *Carissimis Russiae populis.* - Ad universos Russiae populos. - 7 Iulii 1952 505

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. DE INSULIS FALKLAND SEU MALVINIS. *In Nostris sub plumbo.* - Insulae Falkland seu Malvinae in Praefecturam Apostolicam eriguntur, sub nomine « De Insulis Falkland seu Malvinis ». - 10 Ianuarii 1952 512

II. RAWALPINDENSIS ET LAHORENSIS (De Kashmir et Jammu). *Aptiori christifidelium.* - Ex territorio de Kashmir, a Dioecesi Rawalpindensi seiuncto, et ex territorio de Jammu, a dioecesi Lahorensi distracto, nova erigitur Praefectura Apostolica « De Kashmir et Jammu ». - 17 Ianuarii 1952 513

III. DE CHITTAGONG ET DACCHENSIS (De Haflong). *Fit nonnumquam.* - A dioecesibus de Chittagong et Dacchensi pars distrahitur, et nova erigitur Praefectura Apostolica, nomine « De Haflong ». - 17 Ianuarii 1952 515

IV. SANCTAE SEVERINAE, CARIATENSIS, RHEGINENSIS. *Romanis Pontificibus.* - Provincia ecclesiastica Sanctae Severinae, supprimitur; S. Severinae Ecclesia, cui servatur archiepiscopalis dignitas, S. Sedi directe subicitur et Cariatensis dioecesis, hucusque unica ipsius Metropolitanae Ecclesiae suffraganea, Metropolitanae Ecclesiae Rheginensi suffraganea constituitur. - 26 Ianuarii 1952 516

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Illum Gentium Apostoli.* - Sanctus Bernardinus Realino, C., oppidi Castri Leonis, Italice « Castelleone » nuncupati, intra fines Cremonensis dioecesis, Compatronus constituitur. - 4 Octobris 1951 518

II. *Pacis vinculum.* - Lex propria seu Constitutiones Confoederationis Congregationum Monasticarum Ordinis Sancti Benedicti approbantur et confirmantur. - 21 Martii 1952 520

PAG.

III. *Quemadmodum christianae.* - Venerabilis Dei famula Maria Bertilla Boscardin, Virgo, ex Instituto Sororum Magistrarum a Sancta Dorothea Filiarum Sacrorum Cordium, Beata renuntiatur. - 8 Iunii 1952 522

EPISTULA

Katholische Jugend. - Christifidelibus Germaniae, ob « Diem Fidei » a Juvenibus sollemniter celebratum. - 23 Maii 1952 527

ALLOCUTIONES

I. Ad medentes ac viros et mulieres infirmis in Urbe ministrantes. - 21 Maii 1952 531

II. Dirigentibus ac Puellis Sodalitatum « Filiarum Mariae » Romae coadunatis. - 22 Maii 1952 536

III. Ad christifideles qui Romae convenerant ad beatificationem Ven. Servae Dei Mariae Bertillae Boscardin. - 9 Iunii 1952 539

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

I. Instructio. Ad locorum Ordinarios: « De Arte Sacra ». - 30 Iunii 1952 542

II. Monitum. - 30 Iunii 1952 546

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 547

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Instructio. De apto modo pro missionibus stipem corrogandi. - 29 Iunii 1952 . . 549

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD REDIGENDUM CODICEM IURIS CANONICI ORIENTALIS

Responsum ad propositum dubium. - 8 Iulii 1952 552

An. et vol. XXXXIV 4 Augusti 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

EPISTULA APOSTOLICA

AD UNIVERSOS RUSSIAE POPULOS

Carissimis Russiae populis salutem et pacem in Domino. — Sacro vergente anno ad felicem exitum, postquam Nobis, non sine Numinis instinctu licuit Almam Dei Matrem Mariam Virginem sollemniter declarare ac definire in Caelum fuisse anima et corpore assumptam, plurimi ex quavis orbis parte suam Nobis incensissimam laetitiam significarunt; in quibus quidem non defuere qui gratulabundas ad Nos dedere litteras, unaque simul enixe a Nobis petierunt ut universam Russorum gentem, in praesentibus rerum angustiis positam, Immaculato eiusdem Virginis Mariae Cordi consecraremus.

Grata admodum haec petitio obvenit Nobis, qui si populos omnes paterno prosequimur animo, eos peculiari modo adamamus, qui quamquam ob eventuum rerumque vicissitudines maxima ex parte ab Apostolica hac Sede seiuncti sunt, christianum tamen nomen retinent; et in talibus versantur rerum adiunctis, quibus non modo difficillimum iisdem sit vocem audire Nostram ac catholicae veritatis praecepta noscere, sed ad Dei etiam notionem ac fidem respuendam captiosis perniciosisque artibus compellantur.

Vixdum ad Summi Pontificatus apicem evecti fuimus, mentem Nostram ad vos convertimus, ad populum nempe paene immensum, qui in historiae annalibus et rebus praeclare gestis, et patria caritate, et operositate cum parsimonia coniuncta, pietateque erga Deum erga Virginem Mariam tantopere praestat.

Numquam destitimus preces ad Deum admovere Nostras, ut superno lumine divinaque ope sua vobis semper adsit; detque vobis singulis uni-

versis una cum iusta et aequa rerum prosperitate etiam illa libertate perfrui, qua quisque possit et humanam suam dignitatem tueri et verae religionis praecepta noscere, ac Deo non modo in intimo conscientiae suae sacrario, sed palam quoque in privatae publicaeque vitae actione debitum praestare cultum.

Nostis ceteroquin Decessores Nostros, quotiescumque facultas fuit, nihil antiquius habuisse quam suam vobis benevolentiam pandere auxiliumque praebere; nostis Slavorum occidentalium apostolos Cyrillum et Methodium, qui una cum christiana religione civilem etiam maioribus eorum intulere cultum, almam hanc Urbem petiisse, ut sui ipsorum apostolatus opera Romanorum Pontificum auctoritate confirmaretur. Ac Decessor Noster fel rec. Hadrianus II eis Romam ingredientibus « clero populoque comitante, obviam magna cum honoris significatione progreditur »;[1] eosque probatos ac dilaudatos non tantum Episcopos creat, sed ipsemet summa rituum maiestate consecrat.

Ad maiores autem vestros quod attinet, Romani Pontifices, quotiescumque pro datis condicionibus potuere, amicitiae rationes cum iisdem instaurare vel confirmare enisi sunt. Itaque anno DCCCCLXXVII Decessor Noster piae rec. Benedictus VII ad Principem Jaropolk, praeclarissimi Vladimiri fratrem, Legatos misit; ad ipsumque magnum Principem Vladimirum, quo auspice primum genti vestrae christianum nomen christianusque humanitatis cultus affulsit, Decessores Nostri Ioannes XV anno DCCCCLXXXXI, ac Silvester II anno DCCCCLXXXXIX Legationes miserunt; quod quidem idem Vladimirus humaniter rependit, suos item Legatos ad eosdem Romanos Pontifices mittens. Ac notatu dignum est quo tempore hic Princeps populos istos ad Iesu Christi religionem convocavit, occidentales atque orientales christianas gentes cum Romano Pontifice, utpote summo totius Ecclesiae moderatore, coniunctas esse.

Quin immo sat diuturnum post temporis spatium, hoc est anno MLXXV Princeps vester Isjaslavus filium suum Jaropolk ad Summum Pontificem Gregorium VII misit; qui quidem imm. mem. Decessor Noster huic Principi eiusque augustae coniugi haec scripsit: « Filius veter limina Apostolorum visitans ad nos venit et, quod regnum illud dono sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem beato Petro apostolorum principi debita fidelitate exhibita devotis precibus postulavit indubitanter asserverans illam suam petitionem vestro consensu ratam fore ac stabilem, si apostolicae auctoritatis gratia ac munimine donaretur. Cuius votis et petitionibus, quia iusta videbantur, tum ex consensu vestro

[1] Leo XIII, Ep. Enc. *Grande munus*, A. L. vol. II, p. 129.

tum ex devotione poscentis tandem assensum praebuimus et regni vestri gubernacula sibi ex parte beati Petri tradidimus, ea videlicet intentione atque desiderio caritatis, ut beatus Petrus vos et regnum vestrum omniaque vestra bona sua apud Deum intercessione custodiat et cum omni pace honore quoque et gloria idem regnum usque in finem vitae vestrae tenere vos faciat... ».[2]

Notandum item est ac summa consideratione videtur dignum Isidorum, Kioviensem Metropolitam, in Oecumenico Concilio Florentino suum nomen Decreto subscripsisse quo Orientalis et Occidentalis Ecclesiae unitas sub Romani Pontificis auctoritate sollemniter sanciebatur; idque pro cuncta Provincia sua Ecclesiastica, hoc est pro universo Russorum regno; cui quidem sancitae unitati usque ad terrenae suae vitae exitum, quod ad eum pertinuit, fidelis permansit.

Quodsi interea et deinceps, ob asperas rerum condiciones, difficiliores hinc inde fuere commeatus, atque edeo difficilior animorum coniunctio — quamvis ad annum usque MCCCCXXXXVIII nullum habeatur publicum documentum, quo Ecclesia vestra ab Apostolica Sede seiuncta declaretur — id tamen plerumque non est Slavorum genti culpae tribuendum, non certo Decessoribus Nostris, qui quidem populos istos nullo non tempore paterno dilexere animo, ac vixdum licuit, eos fovere omnique ope iuvare habuere cordi.

Alia non pauca historiae documenta omittimus, ex quibus Decessorum Nostrorum erga gentem vestram benevolentia panditur; at facere non possumus quin breviter attingamus quid Summi Pontifices Benedictus XV et Pius XI fecerint, cum post primum Europae bellum in australibus praesertim patriae vestrae regionibus ingentes hominum, mulierum atque insontium puerorum puellarumque multitudines acerbissima fame torquerentur, summaque angerentur rerum omnium inopia; ii siquidem, paterna erga vestrates caritate permoti, alimenta, vestes grandemque pecuniam ex universa catholicorum familia corrogatam, ad populos istos miserunt, ut famelicis ac miseris omnibus suppetias venirent eorumque calamitates aliquo modo lenire possent. Ac non modo temporalibus, sed insurgentibus etiam spiritualibus necessitatibus iidem Decessores Nostri consulere pro viribus studuerunt; quandoquidem pro religionis rebus, idcirco apud vos perturbatis vexatisque, quod infitiatores osoresque Dei ipsam Superni Numinis notionem ac fidem ex animis evellere conantur, non modo ipsi ad misericordiarum Patrem totiusque consolationis fon-

[2] GREGORII VII Registrum, 1, 2, n. 74, *in Monum. Germ. histor.* Epist. select. II, 1, pag. 236.

tem [3] incensas admoverunt preces, sed publicas etiam supplicationes haberi voluere. Itaque Pius XI Pontifex Maximus anno MDCCCCXXX diem praestitit S. Patriarchae Iosepho sacrum, totius Ecclesiae Patrono, « ut iactatae in Russicis regionibus religionis causa communes preces in Basilica Vaticana... Deo Optimo Maximo adhiberentur »;[4] atque ipsemet ingenti piissimaque populi multitudine stipatus adesse voluit. Ac praeterea, sollemni allocutione in Consistorio habita, hisce verbis omnes adhortatus est: « Christo... humani generis Redemptori instandum, ut afflictis Russiae filiis tranquillitatem fideique profitendae libertatem restitui sinat; atque... volumus, quas fel. rec. Decessor Noster Leo XIII sacerdotes cum popolo post sacrum expletum preces recitari iussit, eaedem ad hanc ipsam mentem, scilicet pro Russia dicantur; id ipsum Episcopi atque uterque clerus populares suos, vel sacro adstantes quoslibet, studiosissime moneant, in eorumque memoriam saepenumero revocent ».[5]

Hanc Nos adhortationem iussionemque libenter iteramus ac confirmamus, cum condiciones, quibus in presens apud vos religio utitur, haud meliores profecto sint, cumque Nos eadem impensissima benevolentia eodemque sollicitudinis studio afficiamur erga populos istos.

Cum postremum bellum horrificum diuturnumque conflagravit, quidquid potuimus loquendo, suadendo operandoque fecimus, ut aequa iustaque pace componerentur dissidia, utque populi omnes, nullo stirpis discrimine ducti, amico fraternoque consociarentur foedere, unaque simul ad auctiorem contenderent prosperitatem assequendam.

Numquam eo etiam tempore ex ore Nostro verbum prolatum fuit, quod alicui e dimicantium parte iniustum vel asperum videri posset. Utique iniquitatem quamlibet ac ius quodlibet violatum, ut oportebat, reprobavimus; sed ea ratione id fecimus, ut illa omnia consulto ac diligentissime vitaremus, e quibus maiores possent acerbitates, etsi per iniuriam, in oppressos populos derivari. Cum vero aliqua ex parte contenderetur ut initum anno MDCCCCXXXXI bellum contra Russorum gentem aliquo modo vel loquendo, vel scribendo probaremus, numquam id facere voluimus, ut die XXV mensis Februarii, anno MDCCCCXXXXVI coram Sacro Cardinalium Collegio ac Nationum omnium Legatis, quibus cum Apostolica Sede publicae intercedunt amicitiae necessitudines, aperte diximus.[6]

[3] Cfr. 2 *Cor.* 1, 3.
[4] *A. A. S.* 1930, p. 300.
[5] Ibidem, p. 301.
[6] Cfr. *A. A. S.* 1946, p. 154.

Cum religionis, cum veritatis, cum iustitiae civilisque christiani cultus causa agitur, certo silere non possumus; at hoc mens Nostra respicit, hoc semper postulant vota Nostra, ut non armorum vi, sed iuris maiestate populi omnes regantur, ac debita fruentes religiosa civilique libertate intra fines patriae cuiusque suae, ad concordiam, ad pacem, ad operosamque vitam ducantur, ex qua quidem civibus singulis necessariae ad victum, ad habitationem, ad domesticam alendam ac rite moderandam familiam suppeditentur copiae. Vox atque hortamenta Nostra ad omnes spectarunt ac spectant gentes; ad vos etiam, qui semper menti animoque Nostro praesentes estis, et quorum necessitates calamitatesque pro facultate relevare cupimus. Norunt omnes, qui non mendacio, sed veritati studeant, Nos per asperrimum quoque recentis dimicationis cursum nulli parti, ut non semel loquendo agendoque demonstravimus, fuisse obnoxios; sed Nationes omnes, eas etiam quorum moderatores Apostolicae huic Sedi se hostiles profitebantur, eas etiam in quibus superni Numinis infitiatores quidquid christianum, quidquid divinum est, acerrime aversantur, atque e civium animis stirpitus eradicare contendunt, eas etiam, dicimus, incensissima amplexos esse caritate. Etenim ex Iesu Christi mandato, qui Petro Apostolorum Principi — cuius munus etsi immerentes suscepimus — universum christianorum gregem pascendum concredidit,[7] omnes populos impensa voluntate adamamus, omniumque optamus terrenam sempiternamque procurare salutem. Eos igitur vel armis inter se digladiantes, vel minacibus verbis minacibusque dissidiis contendentes, utpote carissimos habemus filios singulos universos; ac nihil aliud cupimus, nihil aliud a Deo supplici poscimus prece, quam eorum concordiam, eorum aequam verique nominis pacem eorumque arctiorem cotidie prosperitatem. Quodsi nonnulli, idcirco quod mendaciis calumniisque falluntur, infensos se Nobis aperte profitentur, maior erga eos miseratione maioreque amore movemur.

Utique errores — quod officii Nostri conscientia postulat — damnavimus atque reiecimus, quos athei communismi fautores praedicant, ac summo cum civium damno summaque iactura propagare enituntur; sed errantes, nedum respuamus, ad veritatem ad frugemque bonam redire, cupimus. Quin immo has fallacias, saepenumero fucatas veritatis specie, ea ratione deteximus ac reprobavimus, quod vos paterna diligimus voluntate vestrumque quaerimus bonum. Nobis enim certum exploratumque est maxima ex iisdem erroribus vobis oriri posse detrimenta, cum ex animis vestris non modo superna illa lux ac suprema solacia eripian-

[7] Cfr. *Io.* 21, 15-17.

tur, quae pietas erga Deum eiusque cultus impertiunt, sed humana quoque dignitate expoliemini iustaque libertate civibus debita.

Novimus inter vos plurimos esse, qui in intimo animi sui sacrario christianam fidem retineant, qui religionis hostibus minime obsecundent, quin immo vehementer cupiant christiana praecepta, quae una sunt tutioraque publicae rei fundamenta, non solum privatim secretoque profiteri, sed palam etiam, si, ut liberos homines decet, fieri possit, testari. Ac novimus quoque, summa cum animi spe summoque solacio, vos Deiparam Virginem Mariam incensissima pietate colere ac diligere; eiusque sacras imagines venerari. Novimus in ipsa urbis Moscuae arce templum excitatum fuisse — in quo hodie, proh dolor, divinus cultus silet — Beatissimae Virgini Mariae Caelo receptae dicatum; quod quidem maiorum vestrorum ac vestrum etiam erga almam Dei Matrem amorem luculentissimo testatur documento.

At Nobis compertum est, ubicumque Sanctissima Dei Genetrix sincera actuosaque pietate colitur, numquam ibi spem salutis deesse posse. Quamvis enim contendant homines vel potentes et impii, e civium animis sanctam religionem christianamque virtutem evellere, quamvis Satanas ipse hoc impietatis certamen incendat atque acerrime exacuat secundum Apostoli gentium sententiam « ...non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus »;[8] nihilo secius, quando Mariae patrocinium interponitur, portae inferi praevalere non possunt. Ipsa enim est benignissima ac potentissima Dei nostrumque omnium Mater; ac numquam auditum est ad eam homines pie supplicando confugisse, qui validissimam eius tutelam non experirentur. Pergite igitur, ut facitis, eam impensa pietate colere, eam hisce verbis, quibus soletis, invocare: « Tibi unice datum est, sanctissima et purissima Mater Dei, videre te ipsam semper exauditam ».[9]

Nos una vobiscum eam supplici imploramus prece, ut christiana fides, humanae vitae decus et tutamentum, in Russorum populis roboretur et augescat, omnesque religionis hostium fallaciae, errores callidaeque artes respuantur ac procul a vobis repellantur; ut publici privatique mores apud vos evangelicis praeceptis conformentur; ut qui praesertim apud vos catholico censentur nomine, etsi suis privati Pastoribus, fortes adversus impietatis impetus impavidique ad mortem usque resistant; ut iusta illa libertas, quae homines, quae cives, quae christianos decet, omnibus, ut oportet, restituatur, Ecclesiae imprimis, cuius est ex divino

[8] *Eph.* 6, 12.

[9] Acathistus Festi Patrocinii SS. Dei Genitricis: Kondak 3.

mandato veritatem virtutemque docere omnes; ut denique sinceri nominis pax carissimae Nationi vestrae cunctoque terrarum orbi affulgeat, ac tutissimis iustitiae fundamentis innixa fraternaeque caritatis afflatu alita, gentes universas ad communem illam singulorum populorumque prosperitatem, quae ex mutua concordia oritur, feliciter conducat.

Ac velit benignissima Mater eos etiam suavibus suis oculis clementer respicere, qui infitiatorum osorumque Dei agmina instruunt eorumque inceptum urgent; velit eorum mentes superna collustrare luce, eorumque animos divina ad salutem permovere gratia.

Nos interea, ut Nostrae vestraeque preces supplicationesque facilius exaudiantur, utque singulare erga vos benevolentiae Nostrae praebeamus documentum, quemadmodum paucis ante annis universum hominum genus Immaculato Deiparae Virginis Cordi consecravimus, ita in praesens cunctos Russiarum populos eidem Immaculato Cordi peculiarissimo modo dedicamus ac consecramus, fore omnino sperantes ut quae Nos, quae vos, quae boni omnes verae pacis, fraternae concordiae debitaeque omnibus, imprimisque Ecclesiae, libertatis vota facimus, ea, potentissimo suffragante Mariae Virginis patrocinio, quam primum feliciter effecta dentur; ita quidem ut — vobis una Nobiscum cunctisque christianis gentibus comprecantibus — salutiferum Iesu Christi Regnum, quod est « Regnum veritatis et vitae, Regnum sanctitatis et gratiae, Regnum iustitiae, amoris et pacis » [10] ubique terrarum firmiter constabiliatur.

Atque eamdem clementissimam Matrem supplici rogamus prece ut vos cunctos universos in presentibus rerum augustiis tueatur; atque a Divino Filio suo illam mentibus vestris obtineat lucem, quae a Caelo oritur, illam animis vestris impetret virtutem fortitudinemque, qua quidem, caelesti suffulti gratia, errores impietatesque omnes evincere ac superare possitis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VII mensis Iulii, in festo Ss. Cyrilli et Methodii, anno MDCCCCLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

[10] *Praef. in festo I. Ch. Regis.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE INSULIS FALKLAND SEU MALVINIS

INSULAE FALKLAND SEU MALVINAE IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGUNTUR, SUB NOMINE « DE INSULIS FALKLAND SEU MALVINIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In Nostris sub plumbo Litteris *Ut in amplissimo,* die vicesimo septimo mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo datis, quibus ex Vicariatus Apostolici Magellanensis territorio, exceptis insulis de Falkland seu Malvinis, in Oceano Atlantico exstantibus, nova efformata est dioecesis de Punta Arenas nomine, statutum quoque fuit ut insulae illae in Praefecturam Apostolicam erigerentur. Quod tandem, variis superatis difficultatibus, ad effectum deducere modo licet. Collato itaque consilio cum dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale S. Consilio Christiano Nomini Propagando Praefecto, suppleto, quatenus opus sit quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re plene cognita, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quas memoravimus Insulas de Falkland seu Malvinas in Praefecturam Apostolicam « de Insulis Falkland seu Malvinis » nuncupandam, erigimus et constituimus, quam curis committimus sodalium Societatis S. Iosephi de Mill-Hill, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, maxime in Domino confisi uberiores fructus eorum sollertia percipi posse. Novae igitur huic Praefecturae eiusque pro tempore Praesulibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem astringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri astringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum autem Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam

erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, et volutatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 6.

II

RAWALPINDENSIS ET LAHORENSIS
(DE KASHMIR ET JAMMU)

EX TERRITORIO DE KASHMIR, A DIOECESI RAWALPINDENSI SEIUNCTO, ET EX TERRITORIO DE JAMMU, A DIOECESI LAHORENSI DISTRACTO, NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE KASHMIR ET JAMMU ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aptiori christifidelium regimini non parum sane prodest Ecclesiarum fines ita ordinari ut cum civilibus, quantum fieri potest, congruant. Quod considerantes Nos per alias Nostras sub plumbo Litteras « Inter ceteras », hoc ipso die datas, a dioecesi Lahorensi partem ad Indianam Rempublicam pertinentem seiunximus et ex hac avulsa parte, territorio excepto ad antiquum Statum de Jammu spectante, novam efformavimus Praefecturam Apostolicam de Jullundur. Cum itaque ecclesiastico regimini territorii de Jammu sit consulendum, Nos, consilio collato cum dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, re mature perpensa, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, preces huic Sanctae Sedi adhibitas libenter admittentes, supremae Nostrae po-

testatis plenitudine, haec quae sequuntur statuimus, in Domino confisi valde id profuturum ad uberiorem catholicae fidei in regione illa profectum. Ex territorio de Jammu, a Dioecesi Lahorensi, ut modo diximus, distracto, et e regione de Kashmir, a Dioecesi Rawalpindensi seiuncta, novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quam a nomine duarum regionum quibus constat « De Kashmir et Jammu » appellari volumus, eandemque sollertibus curis sodalium Societatis S. Iosephi de Mill-Hill pro Missionibus Exteris committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Ad hanc autem novam Praefecturam de Kashmir et Jammu omnia spectabunt iura et onera, quae ceterarum Praefecturarum sunt propria. Eius vero pro tempore Praefectis Apostolicis hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae huiusmodi Praesulibus iure communi competunt. Quae omnia, ut supra a Nobis disposita et constituta rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri decimotertio.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Alfonsus Carinci, Archiep. tit Seleucien., *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 26.

III

DE CHITTAGONG ET DACCHENSIS (DE HAFLONG)

A DIOECESIBUS DE CHITTAGONG ET DACCHENSI PARS DISTRAHITUR, ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA, NOMINE « DE HAFLONG ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fit nonnumquam ut, si ecclesiasticae circumscriptiones a civilibus dissideant, incommoda quaedam in christianae rei administrationem proficiscantur. Quod Apostolica Sedes, cui maxime est cordi fructuosum christifidelium regimen, pro officio suo cavet ne eveniat. Quam ob causam, preces admittentes Nobis admotas, ac consilio collato cum dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale S. Congregationis Fidei Propagandae Praefecto, Nos, re diligenter considerata, ac suppleto, quatenus opus sit quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de potestatis Nostrae plenitudine, ea quae sequuntur decernimus. A Dioecesi de Chittagong partem intra fines Indianae Reipublicae sitam atque districtum de Sylhet in Pakistana Republica exstantem seiungimus; ab Archidioecesi vero Dacchensi territorium separamus efformans antiquum Statum de Tripura, qui ad Indianam Rempublicam et ipse pertinet. Districtum de Sylhet Archidioecesi Dacchensi annectimus, sub cuius propterea Archiepiscopi iurisdictione erunt in posterum eiusdem districtus clerus, fideles et, si quae sint, ecclesiastica bona. Ex parte autem a Dioecesi de Chittagong distracta una cum antiqui Status de Tripura territorio, ab Archidioecesi Dacchensi, uti diximus, separato, novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam *de Haflong* nuncupandam, quam curis alumnorum Congregationis a S. Cruce concredimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Ob novam itaque illarum, quas memoravimus, Ecclesiarum circumscriptionem, Dioecesis de Chittagong eiusque Episcopi sedes posthac intra fines tantum Pakistanae Reipublicae erunt. Ad hanc autem sic constitutam Praefecturam de Haflong omnia spectabunt iura et onera, quae ceterarum Praefecturarum sunt propria. Eius vero pro tempore Praefectis Apostolicis hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae huiusmodi Praesulibus iure communi competunt. Quae omnia, uti supra a Nobis disposita et

constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus haberi fidem volumus, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertiodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Alfonsus Carinci, Archiep. tit Seleucien., *Decanus Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 24.

IV

SANCTAE SEVERINAE, CARIATENSIS, RHEGINENSIS

PROVINCIA ECCLESIASTICA SANCTAE SEVERINAE, SUPPRIMITUR; S. SEVERINAE ECCLESIA, CUI SERVATUR ARCHIEPISCOPALIS DIGNITAS, S. SEDI DIRECTE SUBICITUR ET CARIATENSIS DIOECESIS, HUCUSQUE UNICA IPSIUS METROPOLITANAE ECCLESIAE SUFFRAGANEA, METROPOLITANAE ECCLESIAE RHEGINENSI SUFFRAGANEA CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romanis Pontificibus, quibus divinus ipse christianae religionis Conditor in universum terrarum orbem potestatem attribuit, ius est ecclesiasticas circumscriptiones ob iustas causas immutare, novas erigendo dioeceses et provincias, vel etiam exstinguendo, si id res ipsae postulare

videantur. Hac Nos modo potestate utendum putamus ad Ecclesiam quod attinet S. Severinae, quae, cum ab anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, post obitum b. m. Antonii Galati Archiepiscopi suo sit orba Pastore, atque Episcopo Crotonensi hucusque in Administrationem Apostolicam sit commissa, suo nunc est Pastori instruenda, atque, ob peculiaria rerum locorumque adiuncta, Sedi Apostolicae directe subicienda. Quapropter, de consilio venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis, S. Congregationis Consistorialis a Secretis, suppleto, quatenus opus sit, quorum res interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, provinciam ecclesiasticam S. Severinae, quae archiepiscopali eiusdem nominis sede et una tantum suffraganea, cathedrali videlicet Ecclesiae Cariatensi, constat, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine supprimimus. Capitulum igitur S. Severinae metropolitanum esse desinet. Prae oculis vero habentes S. Severinae Ecclesiam non uno nomine insignem esse, eidem servamus archiepiscopalem titulum et gradum, eamque Nobis et Sedi Apostolicae directe subiectam declaramus, praecipientes tamen ut S. Severinae pro tempore Archiepiscopus, licet Sanctae Sedi directe subiectus, Concilio Provinciali et Episcoporum conventibus Provinciae Ecclesiasticae Rheginensis interesse queat ac debeat. Archiepiscopali igitur Ecclesiae S. Severinae iura et onera spectabunt quae ceterarum huiusmodi Ecclesiarum sunt propria; eius autem Praesulibus hinc iura, privilegia et potestatem competent, hinc onera et obligationes quae iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Iisdem autem Archiepiscopis pro tempore S. Severinae nominatim concedimus ut in posterum quoque, intra limites vero suae archidioecesis, crucem ante se ferant et sacro pallio iuxta liturgicas leges utantur, postquam tamen in sacro Consistorio rite postulatum et obtentum fuerit. Cathedralem porro Ecclesiam Cariatensem, ob suppressionem Provinciae Ecclesiasticae S. Severinae a quolibet huius sedis Archiepiscopi metropolitico iure exemptam, Metropolitanae Ecclesiae Rheginensi suffraganeam constituimus et Cariatensem Episcopum metropolitico Rheginensis Archiepiscopi iuri subicimus. Ad haec autem uti supra disposita exsecutioni mandanda delegamus venerabilem Fratrem Ioannem Ferro, Archiepiscopum Rheginensem, eique propterea necessarias ad id et opportunas concedimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus peractae exsecutionis actorum fide dignum exemplum ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum trasmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque

ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, ac, si secus super his a quocumque scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum dispositionibus et ordinationibus, ceterisque quibuslibet contrariis, quibus omnibus per has Litteras derogamus. Harum porro Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur ostensis. Nemini autem quae hisce Litteris a Nobis decreta sunt impugnare vel eis contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Ioseph Caprio, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 81.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS BERNARDINUS REALINO, C., OPPIDI CASTRI LEONIS, ITALICE « CASTELLEONE » NUNCUPATI, INTRA FINES CREMONENSIS DIOECESIS, COMPATRONUS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Illud Gentium Apostoli effatum, quod in Epistola ad Romanos legitur: « Quos... praedestinavit, hos et vocavit... et iustificavit... illos et glorificavit » (VIII, 30), ad singularem quoque illius vitam atque res gestas iure meritoque referri potest, qui, in civili

societate per triginta amplius annos conversatus civilibusque perfunctus muneribus, tandem, Religiosa instituta in Societate Iesu persecutus et ad sacerdotium evectus, sanctitatis attigit fastigium; Bernardinum Realino dicimus, cui Nosmet Ipsi Caelitum honores, anno MCMXXXXVII, laetantes tribuimus. Anterior ipsius vivendi ratio, quamvis saecularibus implicata negotiis, tamen tantis refulsit virtutibus, iustitia praesertim et caritate, ut eum per varia loca « pertransisse benefaciendo » et Divinam Providentiam ad animarum salutem sic disposuisse recte dicendum esset. Quae inter ab Eo collustrata loca haud immerito oppidum « Castrum Leonis », sermone Italico « Castelleone » nuncupatum, intra Cremonensis dioeceseos fines positum, recensendum videtur. Ibi enim Sanctus Bernardinus Realino, gravi Municipii moderatoris munere, Hispani Regis in Italia Vicarii auctoritate, naviter perfungens, iustitiam a caritate minime seiunctam per tres fere annos ita coluit, ut ad bonam frugem melioremque institutionem revocaverit cives eorumque sibi conciliaverit animos. Hi ergo, egregio Viro Neapolim domini sui iussu vocato, gratam constantemque eius memoriam servaverunt, quae decursu temporis in religionis cultum excrevit. Ex quo autem Bernardinus Carpensis inter Beatos Caelites adnumeratus est, ne eiusmodi pietatis insigne deesset monumentum, iidem in maiore aula Municipii opus musivum Eum venustis ostendens coloribus expressum, faciendum curaverunt. Qui, haud aliter ac Lycienses, apud quos Ipse supremum obiit diem, Illum caelesti praesidio sibi affuturum firmiter sperant. Quam ob rem Venerabilis Frater Ioannes Cazzani, Archiepiscopus-Episcopus Cremonensis, memorati oppidi Cleri, Optimatum universique populi enixa vota excipiens, eadem Nobis deprompsit, postulans ut Sanctum Bernardinum Realino oppidi Castri Leonis caelestem Compatronum benigne declarare dignaremus. Nos autem, ad civium fiduciam ac pietatem in Eum augendam qui continuam erga illos tutelam promiserat, huiusmodi precibus annuendum libenti censuimus animo. Quapropter, audito Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno atque Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Bernardinum Realino, Confessorem, oppidi Castri Leonis, Italice « Castelleone » nuncupati et in dioecesi Cremonensi positi, apud Deum *Compatronum,* omnibus ac singulis liturgicis privilegiis adiectis quae locorum Patronis rite competunt, constituimus, facimus ac declaramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter

exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Octobris anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Dño Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

LEX PROPRIA SEU CONSTITUTIONES CONFOEDERATIONIS CONGREGATIONUM MONASTICARUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI APPROBANTUR ET CONFIRMANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pacis vinculum animorumque consensionem, ceteris praesidiis longe anteferenda, Monachi Benedictini, ex Christi Domini suique Auctoris disciplina, religiose servantes, rei christianae ipsorumque Ordini multum attulerunt decoris et incrementi. Quod praecipue evenit, postquam, datis die XII mensis Iulii, anno MDCCCXCIII, Litteris Apostolicis per Leonem PP. XIII, rec. mem., Decessorem Nostrum, plures sodalium societates in perpetuum foedus, legibus firmatum, coiere. Confitemur quoque ex communi studiorum sede quae, a Sancto Anselmo nuncupata, eiusdem Decessoris Nostri auctoritate in hac Urbe fuerat constituta, fructus perceptos esse amplissimos. Probatis vero primariis eius consociationis institutis, Sacra Congregatio negotiis Episcoporum atque Regularium praeposita, Summi Pontificis, quem diximus, mandatum conficiens, iura et munera Abbatis Primatis, decreto die XVI mensis Septembris, eodem anno, lato, explicavit atque definivit. Ad hasce leges aliis postmodum eiusdem Sacri Consilii decretis, consultis conventuum Abbatum synodorumque Praesidum, tertio decimo sive septimo quoque anno coactorum, consuetúdine Collegii Anselmiani usuque cotidiano Antistitis primoris plura addita sunt quae

in rem fuerunt. Attamen nonnulla adhuc deficiebant aut erant huiusmodi ut in dubium vocarentur aliisve repugnarent; quapropter plures viri iique e prioribus annitebantur ut Foederationis institutum perficeretur, omnibus rite coagmentaretur partibus et ad nova accommodaretur tempora totiusque Ordinis utilitatem. Atque Nos, quarto decimo revoluto saeculo a Sancti Benedicti obitu, sive Litteris Encyclicis die XXI mensis Martii, anno MCMXLVII datis, sive sacro sermone die XVII mensis Septembris, eodem anno, in urbano Sancti Pauli Templo ad frequentem Abbatum coetum habito, consortionis unitatisque momentum luculenter sumus persecuti: nostri enim ratio temporis, quo tam expedita effecta est inter homines communio, sacrorum munerum accumulatio ac doctrinae maior copia, in Ecclesiae administris desiderata, sodalium coniunctionem poscere videntur; quin ipsae Congregationes Benedictinae, olim constitutae, argumento sunt ad vitae religiosae progressionem fratres cum fratribus operam sociare debere. Idcirco Sacra Congregatio Religiosis praeposita, perspectis iuris praesentis normis, Foederationis ratione atque commodo reputatisque iis quae haec tempora ferunt atque postulant, ita nova quaedam induxit et ad cetera composuit ut primaria consociationis praescripta eiusque quasi fundamenta etiam confirmarentur neve amplius in controversiam venirent. Curavit, quemadmodum par fuit, idem Sacrum Consilium ut leges illae, a viris peritis et consideratis in corpus redactae, indoli Regulae Sancti Benedicti verisque institutis monasticis congruerent quam maxime. Quo autem Nostra erga Sancti Benedicti familiam benevolentia magis eluceret eiusque sodales, conglutinatis Christi amore voluntatibus, integra vero uniuscuiusque Congregationis potestate suis legibus vivendi, satius valerent ad Ecclesiae emolumentum, precibus de Foederationis Constitutionum probatione Nobis submisse adhibitis libenti animo statuimus obsecundare. Quare, e Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Legem propriam seu Constitutiones Confoederationis Congregationum Monasticarum Ordinis Sancti Benedicti,* iuxta exemplum quod in Tabulario eiusdem Sacri Consilii iussimus asservari et cuius initium « Praeclaris documentis » atque extrema sunt verba « Consilio administrativo extraordinario debet exponere », approbamus et confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus. Hisce simul Litteris et auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, ad Confoederationem pertinentia, quae huic Legi propriae forte adversantur. Contrariis quibusvis nihil ostantibus. Haec edicimus, statuimus, de-

cernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Martii, in sollemnitate Sancti Benedicti, anno MCMLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Dño Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

VENERABILIS DEI FAMULA MARIA BERTILLA BOSCARDIN, VIRGO, EX INSTITUTO SORORUM MAGISTRARUM A SANCTA DOROTHEA FILIARUM SACRORUM CORDIUM, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quemadmodum christianae doctrinae egregius ille praeco, Sanctus Paulus Apostolus, monet, servum Domini oportet « mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem » (*II Tim., II,* 24); quarum vitutum laude reapse numquam non ornata est Ecclesia. Atque hisce temporibus eiusmodi lenitatis ac verecundiae praeclarissima edita sunt exempla a duobus filiis Venetorum regionis, actuosa Fide praecellentis, Beatum dicimus Pium Pp. X, cui circiter ante annum, ingentis multitudinis circumfusi laetitiis, Beatorum cultum decrevimus, et Mariam Bertillam Boscardin, sodalem Congregationis Sororum Magistrarum a Sancta Dorothea Filiarum Sacrorum Cordium, quam eorundem Caelitum numero hodie sollemni ritu addere constituimus. In paupere ac squalente domo rustica, cui tenuis circumiacebat agellus, intra fines municipii « Brendola » nuncupati, Anna Francisca, cui postea adiecta appellatio Maria Bertilla, die sexta mensis Octobris, anno millesimo octingentesimo duodenonagesimo, vitae lumen adiit, supernis cumulanda divitiis in eius loci sordibus et egestate.

Parentes Angelus Boscardin et Maria Teresia Benetti, qui, praedioli cultui insudantes, aetatem traducebant insuavem, decem post dies infantulam salutari tingendam lavacro curaverunt. Pia matre magistra, quae primum hoc coniugii pignus habuit carissimum, mentem illa ad Deum didicit transferre ita ut, coniunctis manibus, versis in caelum oculis positisque in terra vel in sella genibus, domi soleret se in vota ac preces effundere atque, aulae Dei capta dulcedine, curiale templum, quotiescumque fieret copia, alacris adire. Cum etiam a matre vel ludi magistra dolorum et cruciatuum quos Christus nostra causa toleravit funestissima perpessio recoleretur, obortae repente lacrimae candidum puellae vultum humectarunt. Quae aliena ab aequalium delectamentis, parentibus animo submisso oboediebat ad verbum iisque a teneris annis in opere domestico ac rustico, praesertim in bombycum cultura, laeta inserviebat, quin propter rei familiaris angustias ut ancillula victum sibi quaeritabat. In publico ludo doctrinam vix attigit litterisque parum est exculta, at christianas institutiones et praecepta tam celeriter arripuit ut sodalibus ea traderet iisque vivendi probitate esset exemplo. Maturius quam communis tum ferebat usus, festo die Beatae Mariae Virginis ab Angelo salutatae, anno millesimo octingentesimo nonagesimo septimo, Christi Corpus cum ingenti animi gaudio primum suscepit, die vero octava mensis Septembris biennio post, sacro oleo delibuta, ad christianae palaestrae certamina fuit initiata. Cum vero augeretur aetate, ut vitam ad virtutis normam dirigeret, in numerum Filiarum Mariae, quas vocant, voluit referri. Re quidem vera vestitu humili, frontis pudore, remissione oculorum puella significavit non in saeculi inanibus blandimentis beatitatem se ponere sed in casto Iesu Christi amore. Huic adulescentula, tredecim annos nata, litterarum paene expers, verum caelesti sapientia praedita, florem virginitatis voluntaria consecravit sponsione, atque, Ei cui Angeli deserviunt praestans fidem, nuptias honestas sibi oblatas firmiter aspernari non dubitavit. Abstracta igitur a profanarum rerum strepitu et superno quodam acta invitamento, ad sacrarum virginum sodalitatem appulit animum. Postquam, curione auctore, Vicetiae apud Sorores Magistras a Sancta Dorothea Filias Sacrorum Cordium per aliquot dies aeternarum rerum commentationi vacavit, huius religiosae familiae instituta, compluribus victis difficultatibus, anno millesimo nongentesimo quinto, coepit obire. Piis hisce mulieribus id erat propositum ut, ex virtutis lege ac praescripto vitam agentes, miseriam lenirent pupillorum, pauperum, senio vel aegritudine laborantium aliisque pressorum malis, atque iuventu-

tem instituerent ad religionem et humanitatem. Post discessum tam probae sodalis curio oppiduli « Brendola », quod diximus, quasi animi quadam divinatione permotus, ad Filias Mariae in hanc sententiam est locutus: « Videte quam secunda fortuna quantumque gaudium societati nostrae exsistant. Anna Boscardin parva quidem fuit coram hominibus, sed magna coram Deo; iamvero sancta fiet ». Nec in irritum cecidit vaticinium. Postquam ergo Anna Maria, cui inter moniales cooptatae nomen fuit Maria Bertilla, a parentum complexu, quibus eius digressus magno fuit dolori, se divellit, perfectam cumulatamque virtutem studuit adipisci sodalibusque praetulit singularis exempli facem. Nihil in ea inflatum ac tumidum residebat sed insignis animi modestia, qua tota continetur sanctitudo. Nihil spectans praeter Deum, hunc praecipuo pietatis ardore excolebat atque in Christi acerbissimis tormentis et morte cogitationem consueverat defigere. Caritatem vero et mansuetudinem ita sectabatur ut plena officii omnium inserviret studiis ac temporibus, nullum detrectaret onus munusve illiberale, quin etiam sponte susciperet, atque, contumeliis affecta, vultu oculisque animi proderet suavitatem. Cui Iesu Domini amor in intimis haerebat sensibus, eadem propter eximiam castimoniam vitaeque probitatem propius ad Angelos videbatur accedere atque in carne vivere praeter carnem. Secundum hortationem pii Congregationis auctoris, Ioannis Antonii Farina, Episcopi Tarvisini ac postea Vicentini, in Sacra Iesu et Mariae Corda cupiebat se abdere, atque tenebris quasi involvere semetipsam. Cum vero die festo Almae Deiparae ab origine Immaculatae, anno millesimo nongentesimo octavo, votorum se religione devinxisset, in Tarvisino valetudinario iussa est aegris assidere, quo ex munere non mediocrem laudem, praeter exspectationem, sibi comparavit. Praestitit enim officium integre cumulateque, nulli parcens labori, nocturnas vigilias ad diurnum opus adiungens, comis in omnes, iniurias aequo tolerans animo. Infirmis perite ac dextere ministrans, non solum corporibus afferebat levationem, sed hoc etiam magnopere ei cordi erat ut animos ad melioris vitae rationem traduceret, potissimum vero ut decedentes ad pium exitum componeret. Tamquam mater sollicita in pueros, propter morbi contagionem segregatos, summo fuit studio et amore. Aerumnosis igitur inserviens, ipsa nacta est aegritudinem perquam difficilem ac diuturnam quam, ut potuit, dissimulatione obtexit. Singularis denique caritatis dedit documenta, cum, primo bello Europaeo suborto, Tarvisinum nosocomium exciperet milites aegros vulneribusque consauciatos. Quo in turbine, vel cum urbs igniferis e caelo verberaretur missilibus,

Famula Dei nullum officium intermisit labantesque virorum animos virgo imbellis confirmavit et erexit. Tot ingruentibus periculis, infirmi milites in Italiae regiones ab acie semotas sunt avecti, quos studiosa ministra una cum sodalibus est secuta. Exsul igitur in terra Insubri morboque intabescens, sed tota in caritatis muneribus, acerbissimis cruciatibus insons est afflicta. Postquam autem, bello confecto, apud domum principem Vicentinam a curis paulum conquievit, in Tarvisino valetudinario arduum opus, sui immemor, iterum est aggressa. Animum a rebus humanis plane avocans, cum et mater, quam dilexerat unice, et frater, ex captivitate redux, obiissent, in beatam Caelitum sedem omnes iam contulit cogitationes. Quoniam vero ad morbi vehementiam nova in dies fiebat accessio, Famula Dei tandem sectionem passa est, ex qua mortem, quam praesenserat, die vicesima mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo, Sacramentis Ecclesiae rite confirmata, Tarvisii piissime obiit: scilicet virgo pauper et infortunata in illam Sponsi Divini aulam demigravit, ubi bonis affluueret quae neque aspectu oculorum attingi, neque auribus percipi, neque ulla cogitatione queunt comprehendi (cfr. *I Cor.*, *II*, 9). Funere honeste celebrato, de suavissima hac aegrotantium ministra, a medicis praesertim aliisque hominibus e laicorum ordine, dictum est magnifice. Eius vero singularis sanctimoniae famam, in dies percrebrescentem, Deus caelestibus signis visus est comprobare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus ipsi decernendis agi coepta est, atque post ordinarios, quos dicunt, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Pio Pp. XI, fel. mem., die vicesima secunda mensis Martii, anno millesimo nongentesimo trigesimo quinto, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Mariae Bertillae Boscardin fuit disceptatum: quas, omnibus expensis et perspectis, Famulam Dei heroum in modum coluisse Nos, lato decreto die trigesima prima mensis Iulii, anno millesimo nongentesimo undequinquagesimo, ediximus. Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem invocato nomine a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die tertia decima mensis Ianuarii, hoc anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit discutiendum, an Dei Serva inter Beatos Caelites tuto foret recensenda; quod quidem dubium propositum est a Dilecto Filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Verde, Causae Ponente seu Relatore, in generali conventu, die undetrigesima

eiusdem mensis et anni, coram Nobis celebrato. Omnes autem, qui adfuerunt, cum Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi tum Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis suffragiis affirmaverunt. Nos tamen, pro rei momento, distulimus aperire mentem Nostram, quo ad eam ferendam sententiam maiorem caelestis auxilii copiam, enixas preces Deo adhibentes, impetraremus. Itaque die tandem secunda mensis Martii huius anni, postquam sacris sumus operati, accitis Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, Cardinali Causae Relatore, quem diximus, Venerabili Fratre Alfonso Carinci, Seleuciensi in Isauria titulo Archiepiscopo Sacrique Consilii religionis Ritibus praepositi Viro a secretis, atque dilecto filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, ad Venerabilis Famulae Dei Mariae Bertillae Boscardin sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Instituti Sororum Magistrarum a Sancta Dorothea Filiarum Sacrorum Cordium explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Serva Maria Bertilla Boscardin, Virgo, *Beatae* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam ut eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus ut de illa quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Vicentina, cuius intra fines Beata ipsa orta est, atque Tarvisina, in qua diem obiit supremum, itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum Magistrarum a Sancta Dorothea Filiarum Sacrorum Cordium utitur, ab omnibus Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beatae festum agatur, convenientibus. Largimur denique ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Mariae Bertillae Boscardin, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque

quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides adhibeatur quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Iunii, in festo Sanctissimae Trinitatis, ano MCMLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULA

CHRISTIFIDELIBUS GERMANIAE, OB « DIEM FIDEI » A JUVENIBUS SOLLEMNITER CELEBRATUM.

Katholische Jugend Deutschlands!

Ihr begeht am Fest der allerheiligsten Dreifaltigkeit eure Bekenntnisfeier, die euch nunmehr schon zu einem kostbaren Vermächtnis geworden ist, einem Vermächtnis, das ein Jahrzehnt dem anderen, eine Generation der anderen weiterreichen soll; und ihr habt Uns durch euren Bischöflichen Protektor, Unseren ehrwürdigen Bruder, den Oberhirten der Mainzer Diözese, um ein Wort und um Unseren Segen zu eurem diesjährigen Jugendsonntag gebeten.

Beides gewähren Wir euch mit Freude und von Herzen: mit stolzer Freude, die der Stellvertreter Christi empfindet bei dem Gedanken, dass ihr, an Tausenden von heiligen Stätten um Kreuz und Altar geschart, Gott verherrlicht, euch zu Christus und seiner Kirche bekennt und von neuem feierlich gelobt, auf dem Pfade der Gebote Gottes wandelnd, euch in unentweihter Jugend und in frohem Schaffen vorbereiten zu wollen auf euren Beruf, auf die Familie, die ihr einmal gründen, oder den besonderen Dienst des Herrn, dem ihr euch weihen wollt, sowie auf die Aufgabe, die ihr als Glieder der Gemeinschaft Volk und Staat dem gesamten öffentlichen Leben schuldet.

Von Herzen gewähren Wir Wort und Segen aus jener innigen Liebe, die Uns mit allen Gliedern der Kirche auf dem Erdenrund verbindet, mit euch, ihrer Jugend, aber noch besonders, weil ihr es seid, die binnen kurzem in einer nach menschlichem Ermessen harten und gefahrvollen, an schweren Aufgaben jedenfalls überreichen Zukunft für die Sache Gottes und Christi einstehen sollt. So gehört euch das Verstehen und Mitfühlen, die ganze Sorge und Liebe Unseres Vaterherzens.

Ihr habt eure diesjährige Bekenntnisfeier unter das Leitwort gestellt: Unseres Volkes Heil ist der Herr. Das Wort sei euch zunächst ein Jubelruf des Dankes an den allmächtigen Gott. Wahrlich, wenn ihr an den Zusammenbruch denkt, der vor sieben Jahren euch hoffnungslos zu verschlingen drohte, Verantwortliche und Nichtverantwortliche, Schuldige wie Schuldlose, und wenn ihr heute seht, dass euer Vaterland und euer Volk noch leben und wieder aufleben, so müsst ihr laut bekennen: « Dass nicht ganz wir vernichtet, ist Huld und Erbarmung des Herrn »[1]. Gott ist es, der euch errettet hat. Zu Ihm, dem starken Helfer in der Not, steige in dieser Stunde aus euren Herzn und von euren Lippen der Lobpreis der Verherrlichung empor.

Jenes Wort sei euch aber auch ein Bekenntnis für die Gegenwart und in die Zukunft. Trotz eurer noch jungen Jahre habt ihr es bereits erlebt, wie Systeme, die wähnen, ohne Gott oder gegen Gott zu Wohlstand, Glück und Macht führen zu können, nur zur Geissel des eigenen Volkes und fremder Völker werden, um schliesslich unter Verhängnissen ohnegleichen zusammenzubrechen. Die Völker dürfen Wohlstand und Macht, sollen sie ihnen und anderen zum Segen und nicht zum Fluch sein, nur aufbauen auf Gott, auf der Anerkennung seiner unbedingten Herrschaft und der Erfüllung seines heiligen Willens.

Ihr seid so glücklich, im Vollbesitz der Wahrheit über Gott und des ganzen Reichtums zu sein, der uns in Jesus Christis, in seiner Erlösung und seiner Kirche geworden ist. Dieser Reichtum, euer katholischer Glaube, verpflichtet euch. Er tut es zunächst euch selbst gegenüber. Wandelt vor Gott, lebt eurem Glauben entsprechend, und zwar nicht nur zu bestimmten, eng begrenzten religiösen Feierstunden. Die Trennung von Religion und Leben, als ob für die Wirklichkeit des Daseins, für den Beruf, die Wirtschaft, alle die öffentlichen Bereiche Gott überhaupt nicht existierte — diese Trennung ist ja gerade eines der Zeichen für deen Verfall der christlichen Kultur; sie ist ebenso Ursache wie Wirkung

[1] Thr. 3, 22.

der Verweltlichung des gesamten Menschen. Gegen diesen Verfall müsst ihr euch schützen. Seid also Christen, die immer und überall sich vor Gott wissen, am Alltag wie am Sonntag, in der Werkstätte wie in der Kirche, in Erholung und Sport wie in ernster Arbeit, im wogenden Leben draussen wie in Heim und Familie.

Dieser Wandel vor Gott verlangt den ganzen Menschen. Man hört bittere Klage über eine geradezu sinnlose Sucht nach Vergnügen und Luxus; ihr werdet Front dagegen machen und euch selbst dort Halt gebieten, wo die christliche Einfachheit und der Ernst der Zeit die Grenzlinie ziehen. Beängstigend ist ferner das Abgleiten der öffentlichen Sittlichkeit. Wenn der Staat auf dem Wege der Gesetzgebung Dämme aufwirft gegen Verführung und Schmutz in Wort, Bild und lebendiger Darstellung durch Film und Bühne, so tut er seine selbstverständliche Pflicht. Allein das stärkste Bollwerk gegen die Flut der Sittenlosigkeit müsst ihr selber sein, durch euren festen und harten Willen, nicht mitzutun, wo das Gebot Gottes und die Würde des Menschen mit Füssen getreten werden; durch euren festen und harten Willen, selbst Besseres zu schaffen, das Gott und seine Rechte nicht einfach übergeht, das erhebt, läutert und heiligt.

Die Losung der Stunde heisst wahrlich nicht auflockern und nachgeben, sondern standhaft sein, treu stehen zu Gottes Gebot und heiliger Sitte, wie je in den besten und schwersten Zeiten, welche die Kirche erlebt hat. Nur Jugend, die so denkt und handelt, wird einmal ein glückliches und menschenwürdiges Ehe-und Familienleben aufbauen können; nur solche Jugend darf es einmal wagen, an Gottes Altar zu treten und sich vorbehaltlos dem Dienst des Herrn zu weihen. Mit Feigheit wird der Himmel nicht erstürmt; er wird nur gewonnen mit Mut und Opferbereitschaft.

Der katholische Glaube verpflichtet euch aber auch den anderen gegenüber: gegenüber den vielen, die aus euren eigenen Reihen sich verloren haben und in die Irre gegangen sind. Es darf euch keine Ruhe lassen, bis ihr sie zurückgeführt habt. Dann gegenüber jenen, die nicht wie ihr das Glück hatten, dass ihnen der wahre Glaube gleichsam in die Wiege gelegt wurde, die aber nach ihm suchen und sich nach ihm sehnen. Die kostbarste Hilfe, die ihr ihnen zu bieten vermögt, eine Hilfe, ohne die andere Wege oder Versuche zur Wiedervereinigung der Durchschlagskraft entbehren, ist das Gebet und das Beispiel eines in sich geschlossenen wahrhaft katholischen Lebenswandels.

Wenn Wir euch aufrufen, mit der Gnade Gottes die religiösen Kräfte des katholischen Menschen in euch zu entwickeln, so tun Wir dies auch

in der festen Uberzeugung, dass jene, die echte Glieder der Kirche, dadurch auch echte Glieder der menschlichen Gesellschaft sind. Dies glauben Wir euch, der katholischen Jugend Deutschlands, gerade im gegenwärtigen Augenblick sagen zu sollen. Ein lastendes Erbe der Vergangenheit, eine mühsam gewonnene und behauptete Gegenwart, eine sorgenumdunkelte Zukunft kennzeichnen die Lage eures Vaterlandes.

Zweifach ist die Gefahr, die hier der Jugend droht. Selbstsüchtig, nur in sich gekehrt, entziehen sich die einen nach Möglichkeit der Verpflichtung für das Vaterland; sie stehen den Dingen des öffentlichen Lebens teilnahmslos gegenüber und suchen ausschliesslich, irgendwie und irgendwo, ihr eigenes Wohlergehen. Andere erwarten und erstreben nur schnelle Lösungen, einen Aufstieg von heute auf morgen. Katholische Jugend darf weder zu den einen noch zu den anderen gehören.

Gewiss, manch jungen Deutschen mag Bitterkeit überkommen, wenn er heute an sein Vaterland erinnert wird. Zerstörte, verlorene Heimat; zerredete, missbrauchte Worte über nationale Belange, der Alltag verzehrt von der Sorge um das materielle Dasein; der Sonn-und Feiertag bedroht von der Flut sinnlichen Genusses; soll dies das Vaterland sein? Aber der Christ sieht mehr und sieht tiefer. Er sieht auch das, was aus Gottes Mitgift Heimat und Volk geblieben ist oder nach dem Zusammenbruch wiedergeschenkt wurde, und was sich in den Millionen und aber Millionen gerade der Stillen im Lande zum Besten aller auswirkt; ein gesunder Familiensinn und der feste Wille zur staatlichen Existenz, zum Aufbau einer Rechts-und Friedensordnung nach innen und nach aussen. Gerade dies ist der Segen eures Unglücks, dass euch nach dem Überschwang des Nationalismus die Augen für diese beiden unentbehrlichen Grundmauern des Daseins eines jeden Volkes wieder geöffnet wurden. In der Tat: ein Volk kann ohne jene Werte nationale Grösse nicht bewahren — dies zeigte die Vergangenheit; es kann aber mit ihnen nationale Würde bewähren — dies zeigt die Gegenwart. Deutschand hat anderen Völkern, die der Versuchung ausgesetzt sein mögen, das Nationale zu übersteigern, eine bittere Erfahrung voraus. Möge es sie nie mehr verlieren.

Katholische Jugend Deutchlands! Heute ist weniger als je Ort und Zeit für Klassenkämpfe, für Egoismus wirtschaftlicher und sozialer Gruppen, für die Schicht jener, die nur fordern und nichts geben. In der Selbstdisziplin des Bürgers liegt die Stärke des Staates, zumal des demokratischen, wenn er dies ganz echt und in Wahrheit sein will. Seid also treu der Stimme und dem Willen des Schöpfers und stellt euch dem

Staat zur Verfügung, zum Aufbau jener dauerhaften Rechts-und Friedensordnung nach innen und nach aussen.

Wir weihen euch, katholische Jugend Deutschlands, euer ganzes Dasein, Leib und Seele, eure Gegenwart und Zukunft, euer Wollen und Streben, euer Kämpfen, Hoffen und Siegen, eure Treue zum heiligen Glauben und euer Wachsen in ihm bis zur Reife des vollkommenen Christen [2] Maria, eurer Herrin und Mutter, dass sie euch unter ihren machtvollen Schutz nehme und eure Fürbitterin bei Gott sei. Wir erflehen euch allen, dass ihr in überreichem Mass erfüllt werdet von der Erkenntnis wie von der Gnade, Liebe und Kraft Jesu Christi, « der da ist über allem, Gott, hochgelobt in Ewigkeit ».[3]

Als Unterpfand dessen erteilen Wir euren Seelsorgern, Führern, Führerinnen und euch allen, sowie der gesamten Jugend eures Volkes in väterlichem Wohlwollen den Apostolichen Segen.

Aus dem Vatikan, den 23 Mai 1952.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Ad medentes ac viros et mulieres infirmis in Urbe ministrantes *

Di tutto cuore vi salutiamo, diletti figli e figlie, che in così gran numero siete venuti da ospedali, ospizî, cliniche, case di cura, della Nostra diocesi di Roma, per ricevere la benedizione del Vicario di Cristo. La vostra presenza Ci attesta l'alto concetto che voi avete della vostra professione, e Ci induce così ad intrattenervi brevemente sulla vocazione, a cui vi siete dedicati.

Diciamo vocazione, perchè chi abbraccia la professione d'infermiere o d'infermiera risponde alla voce della carità di Cristo: Venite, benedetti del Padre mio — vi dirà Gesù il giorno del giudizio — perchè... ero malato e mi avete visitato... Tutto ciò che avete fatto al più misero degl'infermi, l'avete fatto a me.[1]

[2] Cfr. *Eph.* 4, 13.

[3] Rom. 9, 5.

* Habita die 21 Maii mensis a. 1952.

[1] Cfr. MATTH. 25, 36. 40.

Le parole così esplicite del divino Maestro sono state la Carta di tutte le opere cristiane di misericordia, e noi sappiamo dalla narrazione dei più antichi storici della Chiesa con quale generosità e con quale metodo i cristiani stessi curavano tutti i malati, perchè vedevano in essi i fratelli di Colui che soffrì per tutti noi i tormenti della passione e della croce. Eusebio di Cesarea [2] parla di una orribile peste, che poco dopo il 250 fece strage nell'Africa, durante la quale i cristiani, sacerdoti e laici, noncuranti del pericolo della propria vita, prendevano cura dei malati, che i pagani per timore del contagio respingevano lungi da loro e abbandonavano insepolti alla loro sorte. Più tardi, quando la Chiesa potè svilupparsi e ordinarsi liberamente, sorsero anche i primi nosocomi. Così l'ospedale eretto verso l'anno 370 in Cesarea dal grande Vescovo S. Basilio era una intera città, separata dal resto delle abitazioni, in cui venivano curate tutte le malattie, compresa la lebbra.[3]

In questa Nostra Città di Roma, secondo la espressa testimonianza di S. Girolamo,[4] Fabiola fondò il primo ospedale (νοσοκομεῖον), dove raccolse e curò malati di ogni sorta e di ogni luogo, che essa stessa soleva portare sulle sue spalle e di cui lavava le piaghe purulente, che ad altri ripugnava persino di guardare. Quindi l'Urbe vide ben presto elevarsi presso le due grandi Basiliche costantiniane del SS. Salvatore al Laterano e di S. Pietro al Vaticano i rifugi della carità cristiana per i poveri, i pellegrini, e i malati. L'uno di essi diede origine al celebre Ospedale di S. Spirito, l'altro a quello del SSmo Salvatore. Ma sarebbe troppo lungo di tracciare qui la storia meravigliosa della carità ospedaliera di Roma nel Medio Evo e nei secoli posteriori. Due grandi nomi debbono tuttavia essere ricordati, quelli dei vostri santi Patroni Giovanni di Dio e Camillo de Lellis, i quali fondarono l'uno l'Ordine ospedaliero, divenuto così popolare col nome di Fate Bene Fratelli, l'altro quello dei Chierici Regolari Ministri degli Infermi. Il 23 giugno 1886 furono proclamati del Sommo Pontefice Leone XIII Patroni celesti degli ospedali e dei malati, e il 28 agosto 1930 il Nostro venerato predecessore Pio XI li costituì Patroni di tutti gl'infermieri di ambedue i sessi e delle loro cattoliche associazioni.[5]

Ma una particolare menzione merita S. Vincenzo de' Paoli, il quale, con una idea che parve allora audace, seppe congiungere la speciale disposizione della donna alla cura dei malati con la vita religiosa: le

[2] *Hist. Eccl.* l. 7 c. 22 - Migne *PG*. t. 20 col. 685-692.

[3] *S. Gregorii Naz. In laudem Basilii M.*, n. 63 - Migne *PG*. t. 36 col. 577-580.

[4] *Epist.* 77 *ad Oceanum. de morte Fabiolae*, 399 - Migne *PL*. t. 22, col 694.

[5] *Acta Ap. Sedis*, vol. 23, 1931, pag. 8-9.

Figlie della Carità inaugurarono così la magnifica floridezza delle Congregazioni delle Suore infermiere, oggidì sparse per il mondo intiero e fin nei più remoti posti delle Missioni.

Tuttavia la cura dei malati non è una prerogativa dei soli religiosi e religiose, bensì richiede anche nel laicato schiere di servitori competenti e generosi, e come è nata dallo spirito cristiano, così deve essere anche da esso alimentata e nutrita.

L'importanza dell'ufficio è la misura della responsabilità di chi lo esercita. Ora l'infermiere deve rispondere non di un affare materiale, ma di un uomo vivente, più o meno gravemente colpito nella sua stessa vita, e che quindi dipende — spesso totalmente — dal sapere, dalla abilità, dalla delicatezza, e dalla pazienza altrui, cioè del medico e dell'infermiere, anzi, sotto un certo rispetto, dell'infermiere anche più che del medico, come ben rilevava un noto chirurgo: « A loro (agl'infermieri) sono affidati i malati per gran parte del giorno e della notte; sono loro che prendono in consegna gli operati e che con la loro opera modesta ed efficace rendono possibili i successi del medico e del chirurgo ».[6]

La vostra professione suppone quindi qualità non ordinarie: una solida formazione specifica, vale a dire cognizioni tecniche seriamente acquistate e costantemente tenute a giorno, una agilità d'intelligenza capace di acquisire incessantemente nuove nozioni, di applicare nuovi metodi, di utilizzare nuovi istrumenti e medicinali.

Quindi, un temperamento calmo, ordinato, attento, coscenzioso. L'infermiere deve essere padrone di sè stesso; a un gesto brusco, ecco un nuovo dolore per il malato; il medico non potrebbe più essere tranquillo; il malato avrebbe paura di lui. Egli deve mantenere la sua calma dinanzi ai lamenti o alle domande irragionevoli del malato, di fronte a crisi impreviste. Deve prevedere e preparare a tempo tutto il necessario, talvolta così complicato, per la cura dell'infermo; non deve nulla dimenticare, deve osservare tutte le precauzioni dell'igiene e della prudenza. Deve esser fedele all'orario prescritto, esatto nelle dosi da somministrare; osservatore vigile, per segnalare al medico le reazioni del malato e i sintomi che la sua esperienza gli permette di rilevare; attento agli ordini ricevuti e pronto ad eseguirli.

L'infermiere deve possedere altresì qualità morali non meno considerevoli: un tatto discreto e modesto, sensibile e fino, che sappia intuire le sofferenze e i desideri del malato, ciò che si deve e ciò che non si

[6] E. Giuffoni, *Il chirurgo allo specchio*, 3ª ediz., 1938, p. 251.

deve dire. Pieno di tatto anche verso il medico, di cui deve rispettare e sostenere l'autorità; verso i suoi colleghi, infermieri e infermiere, particolarmente verso i più giovani, che non deve mai mettere nell'imbarazzo o nella confusione, ma essere al contrario sempre pronto ad aiutare.

La vostra professione richiede una dedizione completa al malato, sia ricco o sia povero, sia simpatico o sia sgradevole. L'infermiere non è come un impiegato di un ufficio, che può andarsene senza inquietudini all'ora fissata. Vi sono casi urgenti, giornate sovraccariche di lavoro, durante le quali non è possibile interruzione o riposo.

La pazienza fa anche parte di questa dedizione totale, perchè alcuni sono capaci di un grande sforzo straordinario di tempo in tempo, ma si stancano e si irritano dinanzi ai piccoli fastidi che quotidianamente si ripetono.

Finalmente la discrezione corona le virtù morali dell'infermiere, che deve strettamente osservare il segreto professionale. Mai non possono essere da lui rivelate le cose dette dal malato in confidenza o nel delirio, nulla che possa nuocere alla sua riputazione o arrecar danno alla sua famiglia.

Ma vi sono anche virtù più elevate, alle quali la fede cristiana conferisce un particolare splendore; vogliamo dire il rispetto verso il malato, la veracità e la fermezza morale. — Rispetto verso colui, che talvolta viene a perdere molto di ciò che rende l'uomo rispettabile, il coraggio, la serenità, la lucidità. Rispetto anche verso il suo corpo, tempio dello Spirito Santo, riscattato col sangue prezioso di Cristo, destinato alla risurrezione e alla vita eterna.[7]

Veracità nei riguardi dei medici, dei malati e delle loro famiglie, i quali debbono poter fidarsi della parola dell'infermiere. Ne va talvolta non solo della salute del corpo, ma anche dell'anima: ritardare con reticenze la prepararzione dell'infermo al gran passaggio per la eternità, potrebbe facilmente essere grave colpa.

Infine fermezza morale, specialmente quando si tratta della legge divina. Ciò che abbiamo dichiarato in altre occasioni sui problemi morali che riguardano la medicina, per esempio, nella Nostra allocuzione del 12 novembre 1944 alla Unione Italiana Medico-Biologica « San Luca », e in quella del 29 ottobre 1951 alla Unione delle Ostetriche cattoliche italiane, vuol essere egualmente applicato all'attività dell'infermiere.

[7] Cfr. *1 Cor.* 6, 19. 20.

Tale è, diletti figli e figlie, il quadro di quel che richiede la vostra professione. Si dirà forse che pochi raggiungono queso ideale. È forse vero? Per il vostro onore crediamo invece di poter dire che un buon numero di voi lo attua in sè pienamente.

È certo tuttavia che voi non sarete in grado di rimanere pari al vostro ufficio e ai vostri obblighi, se non potrete disporre di energie morali derivanti e nutrite da una fede viva e profonda. Se voi concepite e praticate il vostro lavoro unicamente come un impiego, onorevole sì, ma puramente umano, senza attingere alle fonti specialmente eucaristiche la fortezza cristiana, voi non varrete, a lungo andare, a mantenervi fedeli ai vostri doveri. Voi avete infatti nella vostra vita tanti sacrifici da compiere, tanti pericoli da superare, che vi sarebbe impossibile, senza l'aiuto soprannaturale, di trionfare costantemente della debolezza umana. Dovete coltivare in voi lo spirito di abnegazione, la purezza del cuore, la delicatezza della coscienza, affinchè il vostro servizio sia veramente l'atto di carità soprannaturale che la fede cristiana richiede. Noi lo abbiamo ricordato in principio: voi dovete servire nei malati Gesù Cristo medesimo; Egli stesso vi chiede di curarlo, come domandò un giorno da bere alla Samaritana e Noi vi diciamo in suo nome ciò che Egli aggiunse per incoraggiarla a vincere la sua sorpresa: « Se tu conoscessi il dono di Dio, e chi è colui che ti dice: Dammi da bere, tu stessa ne l'avresti pregato, ed egli ti avrebbe dato un'acqua viva ».[8]

Voi ben sapete che oggidì moltissimi si fanno curare negli ospedali, nelle cliniche, nei sanatori, in tal guisa un raggio sempre più vasto si offre alla vostra attività benefica. Si può dire che essa penetra quasi in ogni famiglia. Perciò Noi desideriamo vivamente che voi acquistiate una coscienza sempre più chiara delle vostre responsabilità e una volontà sempre più ardente di corrispondervi pienamente. Quindi vivamente raccomandiamo voi stessi e il vostro lavoro alla protezione e all'amore materno della Vergine Santissima, mentre di gran cuore v'impartiamo la Nostra Apostolica Benedizione.

[8] Io. 4. 7. 10.

II

Dirigentibus ac Puellis Sodalitatum « Filiarum Mariae » Romae coadunatis. *

In questa bella festa dell'Ascensione, è una gioia per il Nostro cuore l'accogliere le schiere della Pia Unione delle Figlie di Maria di S. Agnese e di quelle ad essa aggregate. Dilette figlie, che così numerose e liete siete oggi accorse alla casa del Padre, per dirgli la vostra devozione e chiedergli di avvalorare con la Benedizione Apostolica la milizia santa della Regina dei cieli, sparsa in tutto il mondo cattolico, siate le benvenute!

Il giorno di questa Udienza Ci sembra particolarmente adatto per rivolgere a voi la Nostra pur breve parola. Si può dire infatti in un certo senso che la prima Pia Unione si formò il dì stesso dell'Ascensione, poichè Noi amiamo di pensare che la Ssma Vergine non fu assente dal Monte dell'Oliveto, allorchè il suo Figlio divino benedisse per l'ultima volta sulla terra i suoi discepoli e salì al cielo. Chi fu allora l'anima dei primi fedeli se non la Madre di Gesù? Noi sappiamo che ella era nel cenacolo durante i giorni di attesa e di preghiera, che terminarono con la gloriosa manifestazione dello Spirito Santo. La sua sola presenza fu per gli Apostoli e i discepoli un incentivo ad amare meglio Gesù: ella fu per loro la Madre del buon consiglio, la Madre della vera e solida pietà.

E anche noi in questo momento sentiamo quì presente la cara nostra Madre Maria, nella quale, dopo Gesù, sono fondate tutte le nostre speranze: presente in mezzo a voi, come la madre di famiglia, che abbraccia col suo sguardo, che stringe al suo cuore la sua diletta prole; presente vicino a Noi, quasi celeste suggeritrice, perchè dalla Nostra esortazione abbia nuovo alimento la vostra vita cristiana e nuovo impulso l'opera vostra nel mondo.

Ben sanno i vostri Dirigenti — l'inclito Ordine dei Canonici Regolari Lateranensi —, e sapete voi stesse, dilette figlie, che la Santa Sede, per opera specialmente dei Nostri gloriosi Predecessori Pio IX e Leone XIII, promosse e arricchì di privilegi la vostra Pia Unione; e quasi ultimo vanto, venuto ad essa dalle forze avverse, fu l'onore di essere stata

* Habita die 22 Maii mensis a. 1952.

coinvolta nella raffica degli ostili procedimenti, coi quali, venti anni or sono, fu colpita l'Azione Cattolica.[1]

Ma più che ai privilegi, vi sia caro di guardare ai doveri, che derivano a tutte e a ciascuna dagli alti intenti della vostra Pia Unione.

Essa ha il precipuo scopo di coltivare e sviluppare la pietà delle giovani: una pietà soda e illuminata, che corrisponda allo spirito dei tempi. Essa insiste innanzi tutto sulla necessità della preghiera; v'insegna a pregare e a pregar bene. La preghiera è la respirazione dell'anima. Senza preghiera frequente e fervorosa l'anima si fa anemica, la fede s'indebolisce, la speranza langue, e al posto della carità l'egoismo s'insedia, come piombo, nei cuori.

I direttori zelanti, che hanno la cura spirituale delle vostre Unioni, vi mettono in guardia contro i vostri difetti e contro le tentazioni interne ed esterne, e vi guidano secondo le mutevoli circostanze; ma i princîpi non sono cambiati, la natura umana è sempre sostanzialmente la stessa.

Mutati sono invece i costumi. L'autorità della famiglia è generalmente diminuita, e la libertà lasciata alle giovani le espone a più numerosi cimenti; l'obbligo frequente di lavorare negli uffici, nei negozi, nei laboratori, nelle fabbriche, moltiplica le occasioni e i pericoli; le relazioni spesso troppo libere coi giovani, le pubblicazioni in vendita nei chioschi, i « films » proiettati nelle sale cinematografiche, sono sovente un eccitamento al male. Certamente non è in vostro potere di riformare la pubblica moralità; ma le difficoltà, che voi incontrate per tutelare la vostra virtù, la vostra pietà, la vostra stessa fede, v'impongono l'obbligo di cercare la luce e la forza, di cui avete bisogno, là ove esse si trovano. Ora la vostra Pia Unione vi offre anche in questo vantaggi incomparabili. Voi non potete infatti contentarvi della istruzione catechistica ricevuta quando eravate bambine di dieci o dodici anni: dovete completare la vostra istruzione religiosa, sapere come rispondere alle obiezioni contro la fede.

Ma la luce non basta, se il cuore non è generoso. Qualunque sia il vostro stato e la vostra condizione, sia puro il vostro cuore, sia vostra, in tutto e sempre, la volontà di Dio nell'umile accettazione di quanto forma la trama della vostra vita, e nulla vi mancherà per essere degne della vostra Madre celeste; porterete col nome la vera figliolanza spirituale, e la vostra devozione a Maria sarà dei fatti, e non delle semplici forme. Il mondo vedrà in voi figlie ubbidienti ai genitori e affezionate,

[1] Cfr. Pio XI, Enciclica *Non abbiamo bisogno*, 29 giugno 1931, *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 289 e 300.

lavoratrici operose, giovani e donne aliene dalle vane frivolezze, lontane da tutto ciò che è via lubrica ai facili costumi. Vedrà spose e madri esemplari, consapevoli della loro alta missione educatrice, intente a formare, per i sentieri della fede, della onestà, della pietà religiosa, quella famiglia cristiana, che sola può dare alla società elementi costruttivi di un popolo civile, forte e grande, ossequente alle leggi di Dio.

Vedrà altresì questo mondo (spettacolo misterioso per lui) distaccarsi a volte dal seno delle vostre Unioni, al cenno del Signore, anime fatte straniere alla terra per una irresistibile nostalgia del cielo e delle cose dello spirito, e volare al raccoglimento del chiostro, per consacrare ai fratelli tutte le loro energie, o consumar queste, con più diretto mistico commercio con Dio, in quella vita contemplativa, che è la più alta e squisita forma di vita.

Così costituite ed ordinate, voi intendete, dilette figlie, quale valido fattore di bene morale e religioso siano in seno alla Chiesa le Unioni delle Figlie di Maria, e come dovete aver cara la grazia che il Signore vi fa di rifugiare la vostra vita cristiana all'ombra della Madonna e sotto il suo manto materno.

Poichè l'esperienza di lunghi anni e dei più diversi Paesi ha dimostrato che le buone Figlie di Maria sono sempre state la gioia delle famiglie, l'esempio di ogni virtù domestica e civile, pensate quanto dobbiamo avere a cuore che le loro Unioni fioriscano in ogni parrocchia e tornino a prosperare ovunque l'usura del tempo e la fralezza degli uomini hanno potuto diminuirne l'efficienza o inaridirne la linfa vitale.

Nè l'Azione cattolica potrebbe sentirsi sminuita nel suo lavoro dall'opera spirituale a cui sono addette le vostre Pie Unioni, poichè queste non sono per sè e in primo luogo istituite per l'azione esteriore, ma principalmente per il necessario alimento di quella interiore vita cristiana, senza la quale il resto sarebbe piuttosto rumore che sostanza di apostolato. Che anzi l'Azione cattolica sarà lieta di trovare nelle Pie Unioni anime già formate e provate nella vita religiosa personale, e le Pie Unioni, dal canto loro, ben volentieri le metteranno al servizio dell'Azione cattolica. Continuate dunque con coraggio e con zelo a lavorare nello spirito e secondo i metodi e le leggi, che hanno fatto in passato vigoreggiare le vostre Unioni. Quelle fra voi, che sono atte e si sentono chiamate all'apostolato dei laici, avranno sempre nell'Azione cattolica e in altre opere di apostolato amorevole accoglienza.

A ritemprarvi in questo spirito e a rendere il più possibile feconda la vostra azione, non mancherà il patrocinio della Madre céleste, della soave Vergine e Martire Agnese e della novella compatrona, la dolce e

Santa Maria Goretti. E se tutte le Figlie di Maria, vicine e lontane, gareggeranno in fervore di vita e di virtù, non sarà mediocre il vostro contributo all'opera di quel rinnovamento spirituale, che abbiamo così urgentemente invocato.

Con tale fiducia Noi imploriamo su tutte le vostre Unioni la continua materna tutela della Vergine Immacolata, e mentre v'invitiamo a stringervi intorno a Lei con lo sguardo al suo divin Figlio, santificatore delle anime vostre, impartiamo a quante siete qui presenti, alle vostre consorelle lontane di ogni regione e di ogni popolo, alle vostre famiglie, ai vostri lavori, ai vostri propositi, con effusione di cuore la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

III

*Ad christifideles qui Romae convenerant ad beatificationem Ven. Servae Dei Mariae Bertillae Boscardin.**

Come Giovanni Bosco, Giuseppe Sarto, Maria Goretti, la Beata Bertilla Boscardin, delle Maestre di Santa Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori di Vicenza, è un'umile contadina della nostra terra benedetta d'Italia. Nello splendido fascio di fiori silvestri, che le nostre campagne cristiane offrono incessantemente al Padre celeste, ella viene ad aggiungersi, anche più semplice di tutti gli altri, ma non meno grata a Dio, non meno potente sul cuore di Lui, non meno attraente per le anime, che la grazia costantemente aiuta a divenire migliori.

Quale gioia fu ieri per Noi l'elevare all'onore degli altari questa figura purissima di perfezione cristiana! Possa ella effettuare in voi e per voi il voto del suo cuore: « Mi faccio santa io, e conduco molte anime a Gesù ». Se vi è infatti un modello che non sgomenta, è proprio la novella Beata. Nella sua umiltà ella ha definito « la sua strada la via dei carri, la più comune », quella del catechismo.

Voi ben sapete quale amore questa candida fanciulla ha avuto per il suo piccolo libro del catechismo. Non soltanto ella trovava la sua delizia nell'ascoltarne la spiegazione, ma fin dall'età di dieci anni la cara Annetta cominciò ad insegnarlo agli altri. Mentre non aveva l'ingegno aperto alle materie scolastiche, si assimilava con un sicuro istinto soprannaturale la dottrina cristiana. Questa la interessava al di sopra di tutto, ed ella comprendeva con la intelligenza di un cuore puro le cose di Dio. Leggeva spesso il catechismo in casa, specialmente la do-

* Habita die 9 Iunii mensis a. 1952.

menica, quando tornava dalle sacre funzioni. Allorchè fu obbligata durante la prima guerra mondiale ad abbandonare Treviso e i suoi cari malati, la Beata, pensosa più degli altri che di sè stessa, non prese nulla delle sue cose personali, ma chiese la grazia di portar seco il catechismo. Questo piccolo libro prezioso, pur sgualcito dall'uso, sarebbe rimasto con lei nella tomba, se, mentre le consorelle ne custodivano la salma, la Superiora generale non avesse fatto mutare con un abito nuovo la povera e logora sua veste, nella cui tasca fu trovato quel libricino che l'aveva seguita fino alla morte.

Possiate voi tutti, diletti figli e figlie, che Ci ascoltate, trarre profitto da questo esempio! Voi specialmente, madri di famiglia e catechisti, che spiegate la dottrina cristiana ai fanciulli. Possiate farla amare come si deve, amarla voi stessi e spiegarla col rispetto e il fervore che meritano le cose di Dio! Quel minuscolo libro ha per sè maggior valore che un'ampia enciclopedia; esso contiene le verità che si debbono credere, i doveri che si hanno da adempiere, i mezzi per la propria santificazione. Che cosa vi è di più importante sulla terra? Esso è il libro della sapienza, l'arte del ben vivere, la pace dell'anima, la sicurezza nella prova. C'insegna come piacere a Dio: la Beata Bertilla l'aveva compreso, e fu la sua felicità.

Non solamente ella aveva compreso il suo catechismo, ma viveva di esso. La grazia abbondante di Dio, favorita dall'esempio di una madre profondamente cristiana, sviluppò nella sua anima un amore intenso della preghiera: pregava in casa, desiderava ardentemente di accompagnare la madre in chiesa, e quando potè andar sola, fu veduta spesso passare raccolta nelle vie del villaggio per recarsi alla casa del Padre celeste. Il giorno benedetto in cui i suoi genitori la condussero a Vicenza per presentarla alla Maestra delle probande nell'Istituto Farina, appena entrata nel convento, andò subito, senza dire una parola, ad inginocchiarsi ai piedi dell'altare. Come l'ago calamitato cerca il nord, così ella si svolgeva, come per istinto, verso la presenza di Dio.

Non si notò nulla di straordinario in quell'umile novizia, se non un amore di Dio sempre più intenso, sempre più imperioso e lucido. Ella compendierà la sua felicità di essere religiosa in queste semplici parole: « Io voglio bene a tutti, specialmente ai Superiori, e più di tutti al Signore, per il quale ho lasciato il babbo e la mamma ». — « Oh, che gusto fare la volontà di Dio! » — « Oh, se sapeste quanta gloria si può dare a Dio in un solo istante! ».

Lo spirito semplice, largo e solido, che il pio Fondatore impresse nelle religiose Maestre di Santa Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori, non

esige da esse che una vita interiore intensa e pura, un vero amore di Dio che si effonde in servizio del prossimo nelle opere dettate dall'obbedienza. È lo spirito che la nostra Beata spinse fino alla perfezione.

Innanzi tutto, l'unione con Dio: Suor Bertilla fu un modello di raccoglimento e di preghiera nella vita religiosa, come tale era stata in famiglia e nella parrocchia: « Quando taccio — esclamava — prego bene e sto bene ». Essa agiva per Iddio, unicamente per Lui: « Gesù mio — ella scrisse — vi scongiuro per le vostre sante piaghe, fatemi prima morire mille volte, piuttosto che io abbia a fare una sola azione per essere veduta ».

La ingenua obbedienza di Annetta l'aveva fatta talvolta mettere in ridicolo in casa e nel villaggio; ed anzi fu sconosciuta, rimproverata e umiliata anche da alcune della sua stessa Congregazione; ma ella era pronta a tutto per dar gloria al Signore: « Gesù Crocifisso è il mio modello », diceva. Sopportò fino all'estremo limite un male interno, che con la sua esperienza d'infermiera aveva dovuto conoscere da lungo tempo. Quando non potè più nasconderlo, era già troppo tardi: ella aveva dato tutto!

Ecco fin dove il piccolo catechismo della Beata Bertilla Boscardin l'aveva condotta per « la via dei carri ». Non estasi, non miracoli in vita; ma una unione con Dio sempre più profonda nel silenzio, nel lavoro, nella preghiera, nella obbedienza. Da quella unione veniva la squisita carità che ella dimostrava ai malati, ai medici, ai superiori, a tutti. Ella aveva così bene cercato il regno di Dio in lei stessa, che tutto il resto le fu dato in soprappiù. Quale esempio e come degno di essere imitato e seguito!

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

INSTRUCTIO

AD LOCORUM ORDINARIOS : « DE ARTE SACRA »

Sacrae artis, vi ipsius appellationis, munus officiumque est, domus Dei decori plurimum conferre atque fidem pietatemque eorum fovere, qui in templum congregantur, ut divinis adsistant officiis implorentque dona caelestia ; ac propterea eadem semper cura adsidua vigilantique studio ab Ecclesia exculta est, ut plane congruat cum legibus suis, e superna doctrina rectaque ascesi promanantibus, quibus quidem iure optimo « sacrae » titulum vindicare sibi possit.

Merito itaque huc pertinent verba Beati Pii X Summi Pontificis, sapientes musicae sacrae normas edicentis : « Nulla adunque deve occorrere nel tempio che turbi od anche solo diminuisca la pietà e la devozione dei fedeli, nulla che dia ragionevole motivo di disgusto o di scandalo, nulla soprattutto che... sia indegno della casa di orazione e della maestà di Dio ».[1]

Idcirco a primis usque Ecclesiae saeculis Concilum Nicaenum Secundum, Iconoclastarum haeresim condemnans, sacrarum imaginum cultum confirmavit, gravissimis comminatis poenis in eos, qui audeant « improbe aliquid excogitare, quod sit contra constitutionem ecclesiasticam ».[2]

Concilium autem Tridentinum, in sessione XXV, prudentissimas de christiana iconographia edit leges, ac gravem habens ad Episcopos exhortationem ita profecto concludit : « Postremo tanta circa haec diligentia et cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut

[1] Motu proprio *Tra le sollecitudini*, 22 nov. 1903 ; *Acta Pii X*, vol I, p. 75.

[2] Actio 7ª et ultima definitio Synodi 2ae, Mansi, *Sacr. Conc.*, XIII, col. 730.

praepostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat, quum domum Dei deceat sanctitudo ».[3]

Urbanus VIII, ut Synodi Tridentinae de sacris imaginibus praescriptio exsecutioni fideliter mandetur, peculiares addit normas, affirmans: « ...quae oculis fidelium subiiciuntur non inordinata nec insolita appareant, *sed devotionem pariant et pietatem...* ».[4]

Denique Codex Iuris Canonici universam Ecclesiae de arte sacra legislationem per summa capita colligit (cc. 485, 1161, 1162, 1164, 1178, 1261, 1268, 1269 § 1, 1279, 1280, 1385, 1399).

Peculiari digna sunt memoratu praescripta can. 1261, quo locorum Ordinarii advigilare tenentur, « praesertim ne in cultum divinum... quidquam admittatur a fide alienum vel ab ecclesiastica traditione absonum »; et can. 1399, 12°, quo « ipso iure prohibentur... Imagines quoquo modo impressae... ab Ecclesiae sensu et decretis alienae ».

Recens quoque Apostolica Sedes deerrantes sacrae artis formas et contaminationes reprobavit. Neque ullius momenti est quod nonnulli obiiciunt, scilicet aptandam esse artem sacram novorum temporum necessitatibus atque condicionibus. Etenim sacra ars, cum christiana societate exorta, proprios fines habet, a quibus nunquam declinare, propriumque munus, cui nunquam deesse potest. Quare Pius XI ven. mem., novam Pinacothecam Vaticanam auspicans, de arte sacra sermonem faciens, postquam quandam *novam*, quam dictitant, *artem* memoravit, gravia haec verba adiecit: « Lo abbiamo del resto già più volte espresso con uomini d'arte e con Sacri Pastori: la Nostra speranza, il Nostro ardente voto, la Nostra volontà può essere soltanto che sia ubbidita la legge canonica, chiaramente formulata e sancita anche nel Codice di diritto canonico, e cioè: che tale arte non sia ammessa nelle nostre chiese e molto più che non sia chiamata a costruirle, a trasformarle, a decorarle; pur spalancando tutte le porte e dando il più schietto benvenuto ad ogni buono e progressivo sviluppo delle buone e venerande tradizioni, che in tanti secoli di vita cristiana, in tanta diversità di ambienti e di condizioni sociali ed etniche, hanno dato tanta prova di inesauribile capacità di ispirare nuove e belle forme, quante volte vennero interrogate o studiate e coltivate al duplice lume del genio e della fede ».[5]

Nuper autem Pius XII, feliciter regnans, in Litteris Encyclicis « De

[3] Sess. XXV, *De invocatione, vener. et Reliquiis Sanct. et sacris Imaginibus.*

[4] *Sacrosancta Tridentina*, § 1, die XV mensis Martii, anno MDCXLII, *Bullarium Romanum*, Taurinen. editio, XV, 171.

[5] Sermo diei 27 oct. 1932, *A. A. S.*, XXIV [1932], p. 356.

Sacra Liturgia », die XX mensis Nov., a. MCMXLVII datis, christianae artis officia presse luculenterque exposuit: « ...oportet omnino eam nostrorum temporum artem liberum habere campum, *quae sacris aedibus sacrisque ritibus debita reverentia debitoque honore inserviat;* ita quidem ut eadem ad mirabilem illum gloriae concentum, quem summi viri per revoluta iam saecula catholicae fidei cecinere, suam queat adiungere vocem. Facere tamen non possumus quin, pro officii Nostri conscientia, eas imagines ac formas, recens a nonnullis inductas, deploremus ac reprobemus, quae sanae artis deformationes depravationesque videantur, quaeque etiam nonnumquam decori, modestiae ac pietati christianae aperte repugnent, sensumque vere religiosum misere offendant; hae quidem a nostris templis arcendae prorsus atque expellendae sunt, ut « generatim quidquid a sanctitate loci absonum sit » (can. 1178).[6]

Hisce omnibus attente consideratis, Suprema haec Sacra Congregatio graviter sollicita de fide pietateque in christiano populo per artem sacram servanda, normas, quae sequuntur, cunctis terrarum orbis Ordinariis in memoriam revocandas decrevit, ut sacrae artis formae et rationes domus Dei decori et sanctitudini omnino respondeant:

De architectura. - Sacra architectura, licet novas formas adsumat, nequit ullo modo profanis aedificiis adsimilari, sed semper munere suo, quod proprium est domus Dei ac domus orationis, fungi debet. Accedat quidem in aedificandis templis cura illa fidelium commoditatis, qua ipsi meliore visu animoque divina officia participare queant; niteat quoque nova ecclesia pulchra linearum simplicitate, quae a fallacibus ornamentis abhorret; sed omnia devitentur, quae artis operisque quandam negligentiam praeseferant.

In can. 1162, § 1, cautum est: « Nulla ecclesia aedificetur sine expresso Ordinarii loci consensu scriptis dato, quem tamen Vicarius Generalis praestare nequit sine mandato speciali ».

In can. 1164, § 1: « Curent Ordinarii, audito etiam, si opus fuerit, peritorum consilio, ut in ecclesiarum aedificatione vel refectione serventur formae a traditione christiana receptae et artis sacrae leges ».

Districte autem mandat haec Suprema S. Congregatio ut sancte serventur praescripta cc. 1268 § 2 et 1269 § 1: « Ssma Eucharistia custodiatur in praecellentissimo ac nobilissimo ecclesiae loco ac proinde regulariter in altari maiore, nisi aliud venerationi et cultui tanti sacramenti commodius et decentius videatur... Ssma Eucharistia servari debet in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito ».

[6] *A. A. S.*, XXXIX [1947], p. 590 s.

De arte figurativa. – 1. Ad praescriptum can. 1279: « Nemini liceat in ecclesiis, etiam exemptis, aliisve locis sacris ullam insolitam ponere vel ponendam curare imaginem, nisi ab Ordinario loci sit approbata » (§ 1).

2. « Ordinarius autem sacras imagines publice ad fidelium venerationem exponendas ne approbet, quae cum probato Ecclesiae usu non congruant » (§ 2).

3. « Nunquam sinat Ordinarius in ecclesiis aliisve locis sacris exhiberi falsi dogmatis imagines vel quae debitam decentiam et honestatem non praeseferant, aut rudibus periculosi erroris occasionem praebeant » (§ 3).

4. Si in dioecesanis Commissionibus desint periti, aut dubia vel controversiae exoriantur, consulant locorum Ordinarii metropolitanas Commissiones vel Romanam de arte sacra Commissionem.

5. Ad normam can. 485 et 1178, curent Ordinarii, ut removeantur a sacris aedificiis ea omnia, quae sanctitati loci ac reverentiae domo Dei debitae quoquo modo repugnent; atque severe prohibeant ne multiplices statuae effigiesque mediocris notae, plerumque stereotypae, in ipsis altaribus vel ad proximos sacellorum parietes venerationi fidelium inepte inconcinneque exponantur.

6. Episcopi et Superiores religiosi denegent licentiam edendi libros, folia vel libellos periodicos, in quibus imagines impressae sint, ab Ecclesiae sensu et decretis alienae.[7]

Quo autem tutius locorum Ordinarii ex Dioecesana pro Arte Sacra Commissione exquirere atque accipere valeant consilium, quod cum Apostolicae Sedis praescriptis atque ipsius artis sacrae fine minime dissideat, curent iidem ut in praedictum collegium cooptentur viri, qui non modo sint arte periti, sed etiam christianae fidei firmiter adhaereant, ad pietatem sint informati et certas rationes, ab auctoritate ecclesiastica definitas, animo libenti sequantur.

Opera autem picturae, sculpturae et architecturae exequenda committantur solummodo viris, qui peritia ceteros praecellant quique sinceram fidem ac pietatem, cuiuslibet artis sacrae finem, exprimere queant.

Tandem curandum ut ad sacros ordines adspirantes in Philosophicis et Theologicis scholis, modo singulorum ingenio atque aetati accommo-

[7] Cfr. can. 1385 et 1399, 12°.

dato, erudiantur in arte sacra atque ad eiusdem sensum informentur a magistris, qui mores institutaque maiorum vereantur et Sanctae Sedis praescriptis obsequantur.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 30 Iunii 1952.

✠ I. Card. PIZZARDO, *Secretarius*

L. ✠ S.

Alaphridus Ottaviani, *Adsessor*

II

MONITUM

Gravi cum sollicitudine Apostolica Sedes animadvertit non paucos scriptores his ultimis temporibus, de vita coniugali agentes, passim palam et minute ad singula eam spectantia inverecunde descendere: praeterea nonnullos actum quemdam, *amplexum reservatum* nuncupatum, describere, laudare et suadere.

Ne in re tanti momenti, quae matrimonii sanctitatem et animarum salutem respicit, munere suo deficiat, Suprema Sacra Congregatio S. Officii, de expresso mandato SSmi D. N. D. Pii, divina Providentia Pp. XII, omnes praedictos scriptores graviter monet, ut ab huiusmodi agendi ratione desistant. Sacros quoque Pastores enixe hortatur ut in his rebus sedulo advigilent et quae opportuna sint remedia sollicite apponant.

Sacerdotes autem, in cura animarum et in conscientiis dirigendis, numquam, sive sponte sive interrogati, ita loqui praesumant quasi ex parte legis christianae contra «amplexum reservatum» nihil esset obiicendum.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 30 Iunii 1952.

Marinus Marani, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 1 Maii 1952 — Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Fortunati Chirichigno, Episcopi Piurensis, constituit Exc P. D. Fridericum Pérez Silva, Episcopum titularem Carystensem.

die 12 Maii — Cathedrali Ecclesiae Huajuapamensi praefecit Exc. P. D. Caelestinum Fernández Fernández, hactenus Episcopum titularem Bindaeum.

die 15 Maii — Cathedrali Ecclesiae Legaspiensi Revmum D. Flavianum Ariola, parochum ecclesiae cathedralis in urbe vulgo Bacolod.

die 18 Maii — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Rhoinensi R. P. Ioannem Landázuri, Definitorem Generalem Ordinis Fratrum Minorum, quem constituit Coadiutorem Emi ac Revmi P. D. Ioannis Gualberti S. R. E. Cardinalis Guevara, Archiepiscopi Limani.

die 21 Maii — Cathedrali Ecclesiae Guaxupensi Exc. P. D. Ioannem Dal Monte, O. F. M. Cap., hactenus Episcopum titularem Agbiensem.

die 24 Maii — Metropolitanae Ecclesiae Ravennatensi, cui unita est Cathedralis Ecclesia Cerviensis, R. D. Aegidium Negrin, Archipresbyterum-Abbatem Bassanensem, in dioecesi Vicentina.

die 6 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Thennesiensi R. D. Aloisium Rodriguez dioecesis Cochabambensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Augustini Arce, Episcopi S. Crucis de Sierra.

die 9 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Hearstensi R. P. D. Aloisium Lévesque, Antistitem Urbanum et Vicarium Generalem archidioecesis S. Germani.

die 10 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Caicoënsi R. D. Iosephum Natalinum Dantas, Canonicum Cathedralis Natalensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gurzensi R. D. Felicem Honoratum Verdet, parochum-archipresbiterum in urbe vulgo Vence dioecesis Ni-

censis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Pauli Rémond, Archiepiscopi-Episcopi Nicensis.

die 12 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Polybotensi R. D. Thomam Wilczynski, canonicum ecclesiae cathedralis Lublinensis et Rectorem Seminarii Maioris eiusdem dioecesis , quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Petri Kalwa, Episcopi Lublinensis.

die 16 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Sancti Pauli in Alberta R. P. Aloisium Philippum Lussier, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris.

die 21 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Eutymensi, R. D. Gulielmum Motolese, Vicarium Generalem et Canonicum Poenitentiarium Capituli Metropolitani archidioecesis Tarentinae, quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Ferdinandi Bernardi, Archiepiscopi Tarentini.

die 23 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Bindaeae R. D. Eugenium Seiterich, professorem Theologiae Fundamentalis in Universitate Friburgensi, quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Vendelini Rauch, Archiepiscopi Friburgensis.

die 24 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Caxiensi Exc. P. D. Benedictum Zorzi, hactenus Episcopum Ilheosensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Marcianensi Revmum P. D. Petrum Brot, Protonotarium Apostolicum ad instar et Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Mauritii Feltin, Archiepiscopi Parisiensis.

die 29 Iunii — Titulari episcopali Ecclesiae Tremithusiae Exc. P. D. Reginaldum Duprat, hactenus Episcopum Princip. Alberti.

die 30 Iunii — Cathedrali Ecclesiae Princip. Alberti R. D. Leonem Blais, parochum ecclesiae cathedralis S. Bonifacii.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maridensi R. P. D. Leonem Richardum Smith, Antistitem Urbanum et Cancellarium Curiae Episcopalis Buffalensis, quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Aloisii Burke, Episcopi Buffalensis.

die 9 Iulii — Titulari episcopali Ecclesiae Philadelphenae minori R. P. Leonardum Fey, Congregationis Ssmi Redemptoris, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Cleti Loayza Gumiel, Episcopi Potosiensis in Bolivia.

die 10 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Sorsogonensi, nuper erectae, R. D. Theopistum Alberto et Valderrama, parochum in urbe vulgo Ligao, dioecesis Legaspiensis.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Proconnesiae Exc. P. D. Cornelium Sebastianum Cuccarollo, hactenus Archiepiscopum Hydruntinum.

die 13 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Portugallensi Exc. P. D. Antonium Ferreira Gomez, hactenus Episcopum Portalegrensem.

die 19 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Candidae Casae R. P. D. Iosephum McGee, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem dioecesis Dunkeldensis, canonicum ecclesiae cathedralis et parochum ecclesiae S. Ioseph.

die 20 Iulii — Titulari episcopali Ecclesiae Bassianensi R. D. Gualterium Kampe, e dioecesi Limburgensi, quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Gulielmi Kempf, Episcopi Limburgensis.

die 26 Iulii — Cathedrali Ecclesiae Viglevanensi R. P. Aloisium Barbero, Archipresbyterum-Parochum loci « Borgomasino » dioecesis Eporediensis.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

INSTRUCTIO

DE APTO MODO PRO MISSIONIBUS STIPEM CORROGANDI

Plurimis abhinc annis, christiana plebs vehementiore in dies studio catholicae fidei inter infideles propagandae favet, non modo evangelii praecones sed etiam opes suppeditando.

Iuxta normas a Romanis Pontificibus praescriptas, quae in missionum provectum offeruntur, ea omnia tum per Pontificalia Opera a Propagatione Fidei, a S. Petro Apostolo pro indigena clero et a S. Infantia, tum per Collectam, Epiphaniae tempore pro Africae nigritis habendam, coadunantur.

Normae illae, ut Pii Papae XI, fel. rec., verbis utamur, quae in Motu Proprio « Romanorum Pontificum » scripta invenimus, « Catholicarum Missionum universitati, certa via et ratione, ex catholicae orbis collatione » consulunt « ita quidem ut et corrogatae apud omnes nationes ab omnibus, quotquot sunt, Ecclesiae filiis vel minutae stipes in unum acervum, universe Missionibus tuendis destinatum, colligantur, et haec pecunia omnis, potestati quidem arbitrioque commissa Nostro dumtaxat et Sacrae Congregationis Christiano Nomini Propagando, per delectos a Nobismetipsis viros, in omnes distribuatur Missiones, pro uniuscuiusque necessitate ».

Ad omnium christifidelium virium conspirationem in missionum emo-

lumentum sollerter in patria evolvendam iuxta sacrorum praescripta canonum (cfr. can. 622, § 1-2; 691, § 3-5; 1341, § 1; 1503) et documenta Motu Proprio edita « Romanorum Pontificum » die 3 maii 1922; « Vix ad summi » die 24 iunii 1929; « Decessor Noster » die 24 iunii 1929 atque alia passim, Sacra haec Congregatio de Propaganda Fide quasdam normas revocandas censuit in mentem omnium Directorum sive nationalium sive dioecesanorum, qui Pontificalibus praesunt Missionalibus Operibus, et tum Ordinum tum Congregationum religiosarum, necnon Societatum sine votis, quae brevitatis causa praesenti Instructione Institutorum Missionalium nomine veniunt; eaque statuit, ut eaedem normae ab omnibus supra memoratis adamussim observentur.

1. Institutis Missionalibus licet contionibus atque ephemeridibus necessitates suarum scholarum pro missionariis instituendis et missionum sibi commissarum fidelibus notas reddere ipsorumque fidelium liberalitatem adhortari. Ne tamen obliviscantur auditores et lectores suos monere de peculiari fine, quem Pontificalia Opera sibi praestituant, iisdem suadendo, ut praelaudatis Operibus nomina sua dent, praecipue Die Missionali recurrente.

2. Instituta Missionalia in omni cooperationis missionalis genere in patria promovendo Ordinarii loci permissionem per Directionem Dioecesanam pro missionibus obtineant atque ea nomina et species vitent, quae errores circa finem Institutis Missionalibus et Pontificalibus Operibus assignatum in mente fidelium gignere vel profectui eorumdem Pontificalium Operum graviter obstare queant.

3. Instituta Missionalia operam praestent, ut in Diem Missionalem apparandum et celebrandum libenter conspirent. Stipem autem omnem memorato die corrogatam, etiam in paroeciis et ecclesiis, curis religiosorum concreditis, ad competentem Directionem Dioecesanam remittant; atque ne felici eiusdem diei celebrationi quoquo modo officiant, ab omni quaestu omnique favoris pro suis missionibus captandi specie abstineant, saltem iam congruo tempore ante annua Diei Missionalis solemnia.

4. Directores Nationales invigilent, ne quis, fine, quem Opera Pontificalia Missionalia sibi proponunt, abutens, pro missionibus generatim stipes colligat ad necessitates levandas, quae in territoriis, ad hac Sacra Congregatione de Propaganda Fide non dependentibus, inveniantur.

5. Directiones Nationales et Dioecesanae ita opera missionibus provehendis destinata atque inter christifideles diffundenda in ordinem redigant, ut omnes superfluos sumptus omniaque incepta, quae directe ad conatus pro missionibus consociandos non conferant, vitent.

6. Dies Missionalis iuxta normas a legitimis documentis statutas atque iuxta praescripta, quae singulae Directiones Nationales, in peculiaribus rerum adiunctis, aptiora censuerint, celebretur.

7. In scholis et in ephebeis et in cunctis id genus institutionibus, quae a religiosis et a sororibus reguntur, Moderatores et Moderatrices officii ducant alumnorum inter socios Pontificalium Operum Missionalium inscriptiones fovere atque singulari studio Diem Missionalem celebrare, pecunia, quae tum ex inscriptionibus tum ex oblationibus collecta fuerit, ad competentem Directionem Dioecesanam integre remissa.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 29 mensis iunii, in festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, anno Domini 1952.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD REDIGENDUM CODICEM IURIS CANONICI ORIENTALIS

RESPONSUM AD PROPOSITUM DUBIUM

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE « CREBRAE ALLATAE SUNT » (XXII MENSE FEBRUARIO, ANNO MDCCCCXXXXIX).

CANONIS 86 § 1, N. 2 INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. An vi can. 86 § 1, n. 2 parochus et loci Hierarcha intra fines sui territorii licite et valide assistant matrimonio fidelium sui ritus etiam in locis quae sunt exclusive alius ritus, dummodo adsit expressus consensus Ordinarii, vel parochi, vel rectoris praedictorum locorum.

R. Affirmative.

D. II. Utrum interpretatio data in responsione ad I sit declarativa an extensiva.

R. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Datum Romae, die 8 m. Iulii a. 1952.

De speciali mandato Sanctissimi

M. Card. MASSIMI, *Praeses*

L. ✠ S.

A. Coussa, Basilian. Aleppen., *a Secretis*

MISSA B. PII X PAPAE ET CONF.

Lit. 20 ($ 0,10)

OFFICIUM IN FESTO B. PII X PAPAE ET CONF.

Lit. 15 ($ 0,05)

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

INSTRUCTIO AD LOCORUM ORDINARIOS

DE ARTE SACRA

Editio latina, anglica, gallica, germanica, hispanica, italica, lusitanica - Lit. 30 ($ 0,05)

CODIFICAZIONE CANONICA ORIENTALE - FONTI

ACTA IOANNIS XXII (1317-1334)

VOLUMINIS VII, TOM. II, SERIEI III FONTIUM

a Pont. Commissione ad redigendum codicem iuris canonici orientalis edita, collegit e regestis vaticanis aliisque fontibus *Aloysius L. Tautu*, canonicus Magnovaradin. Rumenorum. Tomus hic complectitur 144 documenta, res Orientalium spectantia, quae Ioannes XXII edidit Avignone. Documenta variis notis sunt adornata. Praeter Introductionem, fontes et bibliographiam (I-XIX), volumini adiciuntur Indices (analyticus, personarum et locorum, initiorum: 267-302), qui eius usum expeditiorem efficiunt.

Lit. 5000 ($ 10)

STUDIA ANSELMIANA

Fasc. 29

LA DOTTRINA TRINITARIA DI S. ANSELMO

NEL QUADRO DEL SUO METODO TEOLOGICO E DEL SUO CONCETTO DI DIO

di

RENATO PERINO S. S. P.

Indice: Cap. 1. La natura della teologia di S. Anselmo. – *Cap. 2.* Il concetto di Dio uno. – *Cap. 3.* Le « ragioni necessarie » del passaggio dalla unità alla Trinità. – *Cap. 4.* Le processioni del Verbo e dell'amore dal sommo Spirito. – *Cap. 5.* La questione del « Filioque ». – *Cap. 6.* Il principio di « opposizione di relazione » e il concetto di persona. – *Cap. 7.* Valutazione dell'analogia psicologica. – Conclusione.

in-8° pp. 214, Lit. 2000 ($ 4)

Fasc. 30

AN ANNOTATED DATE-LIST OF THE WORKS OF MAXIMUS THE CONFESSOR

by

POLYCARP SHERWOOD O. S. B.

Auctor, post VON BALTHASAR, conamen instituit stabiliendi tempus quo scripta sunt singula opera, opuscula et epistulae S. Maximi Confessoris. In I parte breviter vita et doctrina eius exponitur ex fontibus historicis, praesertim ex ipsius operibus. In II parte opera omnia discutiuntur ad statuendum tempus quo confecta sunt. Conclusiones in tabulis synopticis in fine tractationis reassumuntur.

in-8° pp. VIII-64, Lit. 600 ($ 1,10)

Veneunt apud: LIBRERIA EDITRICE VATICANA — CITTÀ DEL VATICANO

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO

DISCORSI E RADIOMESSAGGI DI SUA SANTITÀ PIO XII

XIII

TREDICESIMO ANNO DI PONTIFICATO
2 MARZO 1951 — 1° MARZO 1952

UN VOLUME IN-8° DI PAGINE XVI-578 L. 2000 ($ 3,60)

DOCUMENTAZIONE DELL'AZIONE APOSTOLICA DEL SOMMO PONTEFICE ATTRAVERSO IL MAGISTERO DELLA PAROLA

L'ATTIVITÀ DELLA SANTA SEDE
NEL 1951
EDIZIONE ITALIANA

L'ACTIVITÉ DU SAINT SIÈGE
EN 1951
ÉDITION FRANÇAISE

Vol. in-8° Lit. 2000 – ($ 3,60)

ORDO DIVINI OFFICII RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI IUXTA KALENDARIUM UNIVERSALIS ECCLESIAE PRO ANNO DOMINI 1953

Summa diligentia ac claritate confectus, quotannis primis mensibus sequenti anno prodit, ut adiumento etiam esse possit Kalendaristis in iis Ordinibus conficiendis qui dioecesibus vel congregationibus usui sint.

In Italia Lit. 250 – Extra Italiam $ 0,40

BIBLIORUM SACRORUM
IUXTA VULGATAM CLEMENTINAM NOVA EDITIO

Breviario perpetuo et concordantiis aucta, adnotatis etiam locis qui in monumentis fidei solemnioribus et in liturgia romana usurpari consueverunt

Curavit ALOISIUS GRAMATICA

in-8°, pp. XVI-1186, linteo contectum Lit. 2800 ($ 5)

ENCHIRIDION INDULGENTIARUM
PRECES ET PIA OPERA

in favorem omnium fidelium vel quorumdam coetuum personarum indulgentiis ditata et opportune recognita.
Editio altera 1952, in-18°, pag. XVI-680. Volumen bodoniano more contectum, Lib. 600 ($ 1,30)